



**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam  
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

**Barbosa, Agostinho**

**Lugduni, 1669**

26. De præscriptionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

# De Præscriptionibus , Tit. XXVI 613

possidere probandi onus incumbet ; ita Mascard. de  
probat.concl. 1293.n.7.

- <sup>4</sup> In ead.glibi,Oportet ad minus, quod tria concurrant,  
&c. Triā ergo copulatiū cōcurrēre debent, vt alicui  
obstet exceptio rei indicatæ , nempe identitas rei,  
identitas perlonarū,identitas causæ agendæ,& actio-  
nis , de quo vide Burg. de Pace conf.40. n.22. Vezin.  
tom. 2.comm.opin.lib 8.tit.2.o.n.21.Surd.conf.31.2.o.1 &  
de alimento, tit.1.q.126.n.2.Bernard.Muscatal.in praxi  
aurea Cimili.Neapol.p.4.gloss indicata , optimi Barbos.  
in l.divisio.8.sinp.2.m.61.ff.solut.marin.Abb.conf.50.  
n.2.vol.1 Dec.conf.96.col.1 in fin.Rot.decif. 100.n.3,  
p.4.divers.Fab.de Anna conf.17.vol.1 Henced.d conf.  
30.n.50 volum.1.Surd.conf.114.n.21 & conf.165.n.11.  
Menoch.conf.8.2.8.n.2 Intrigl.sing.56.n.1.& sufficient  
interpretatiū faltem concurrere,gl.& Bart.in l. & an  
ead.jf.de except.rei ind. Sōcīn.conf.18.n.44.vol.1.Surd.  
d.conf.312.m.26. Lau.conf.65.n.5. à Ponte conf.49.n.4.  
Fab.de Anna conf.53.n.27.Cornaz decif.70.n.8.

## C A P. Venerabilem. X I V . & vlt.

<sup>1</sup> E xcommunicatus super appellatione potest impe-  
trare rescriptum sive facta excommunicationis  
mentione,sive non.Colligunt ex Ordinari. Abb.antiq.  
Innoc. Collect. Bellam.Zabar.Ianu. Andr. Imol.Anan.  
Hofst. Anchur.Henric.Burr. Bald.Felin. Panorm.Guid.  
Pape.Martin.Vran.Alex.de Neu. Cujac. Viu.n.rat.  
2.libri iuris Pont.pag.246. Alagon.in comp.iuris Canon.  
pag.307. & tom.4. repet.in iure Canon.ad 2.libr.Decret.  
Petr.Paul.Paris. remissiu. Ximen.in concord.p.2.

<sup>2</sup> Hanc candem conclusi. ex hoc text. desumit Ant.  
Ricci.de iure person.extra gremium Ecclesiæ existen.l.4.  
c.38.n.29.vbi etiam dicit hoc ipsius esse generale in  
omnibus casib⁹, in quibus excommunicatus potest  
impetrare , quia in illis valent rescripta , non facta  
mentione excommunicationis , & citat Felin.in præ-  
sen. n.9.vers. & addit quod, ac post alios Soc.in e.sacri,  
n.178.de sent.excom. quod quidem verum est, etiam si  
excommunicatus esset auctor originarius,nam nihil  
minis si succumbat,& appellat, poterit super appelle-  
tatione impetrare rescriptum , vt post Ianu. Andr.&  
Gemin.in c.1.de rescriptis, lib.6. refutat Ant.Ricciul.  
d.c.38.n.30. vbi n.31. intelligit procedere in appelle-  
tatione interposita ab actu facto per indicem iudicia-  
liter, vel extra judicialiter ; lecus in appellatione in-  
terposita ab actu partis extra judicialiter facto , putat  
in electione , vel alio simili casu , quia tunc excom-  
municatus appellando, & appellationem prosequen-  
do non auditur, & rescriptum impetratum simul cum  
processu defuper facto non valeret.



## De Præscriptionibus.

### T I T. XXVI.

#### S V M M A R I V M A.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr.scribentes.
  - 2 Præscriptionem materiali qui Doctores trahent , ci-  
tantr.
  - 3 Præscribere,id est, pr̄ius, sive ante scribere.
  - 4 Præscribo pro præfatio , sive determinatio aliquando acci-  
pitur.
  - 5 Præscribo pro excipio interdi in accipitur.
  - 6 Præscribere pro acquirere per possisionem , & ita pro  
vscupere frequentius accipitur.
  - 7 Præscriptio,teū vscupio definitur vt sit acquistatio do-  
minij per continuā possessorē temporis legē definita.
- Tom. I.



V P E R hanc rubr. scripserunt Zabar. l. 3  
Ioan. Andr. Anan. Burr. Anchur. Alex. de  
Neuo. Panorm. Mat. Soc. Bald. Bero. Pet.  
de Rauen. in compend. iuris Can. Ioan. de  
Londr. in breviario sandtorum Canonum  
fol. 171. Mart. Mesnart. in epitome Decret. fol. 80. vers. 3  
Dan. Venat. in analysis method. iuris Pontif. à pag. 296.  
Goffred. & Hofst. in summ. bnius tit. Alex. Caflan. &  
Anast. Germon. in parat:tit ad 5.lib. Decr. sub hoc tit. &  
tom. 4 repet. super iure Canon ad 2. Decret. librum Petr.  
Paul. Parif. Barthol. Carthag. in exposit. tit. iur. Canonis.  
& Zype. in analytica postremi iur. Ecclesiæ narrat. Ioan.  
Honor. 2 sum in Decretal. omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. latè Kirchou. Viu. Soar. & alijs  
tom. 2.comm.opin.lib.7.tit.2. & Ant. Gabr. tom. 3. sub hoc  
tit. Conani.lib.3. comm. c.11. Perez tit. 13. l.b.3. Ord. pag.  
705. Parlad. rerum quotidianarum lib. 1. c.1. Pacin. em-  
tron. l.1.c.6.4. cum seq. M. nich. illuſtr. c. 3. Rendin. in pri-  
cipiario recept. ext tom. 1. tit. 79 Sayr. n. clusi Regia , l.9.  
c.12 Molin. de iustit. tr. 2. d. sp. 60. c. m seq. Leff. cod. ir.  
lib. 2. c.6. Et de præscriptiōibus peculiares tractatus  
ediderunt Balb. Con. Tiraq Nic. Cifner. Ioan. Baptista.  
Petr. Gilchen. & nouissime D. Petr. Barbosa.

**Praescriptiōbus ]** Verbum præscribo, à quo præscri-  
ptio dicitur, multipliciter accipiunt Cic. & boni Au-  
tores , vt constat ex Thesam. Calep. & aliis Conan.  
l.3.comment.c.11. ex n.2. Parif. in hac rub. n.13. secun-  
dū quo aliquando iuxta etymologiam , & verbi  
compositionem dicitur præscribo , id est prius , sive  
ante scribo, accipi videtur in l. qui sub conditione , ff. de  
condit. & demonst. quicquid aliter gloss. & quia inscri-  
ptiones, seu tituli prius scribuntur , merito præscri-  
bere accipitur pro intitulare , vel scribere , sicut &  
præscriptio pro titulo, vel inscriptione, vt ex Cicer.  
ostendunt prædicti, probat text. sic intelligendus iux-  
ta materiam, & rub. in l. si fin. C. et nemo priuatius.

Rursus accipitur verbum præscribo pro præfinio ,  
sive determinatio, in tra 10 ibi, præscriptum ff. de divers. &  
tempor. l. maritus 2 1 in fin. C. de procurat. sicut & præ-  
scriptio accipitur pro præfinitione, vel termino , in  
quo sensu accipi potest l. præf. 5. in fin. C. de pignorib.  
Sane quia præcipiens, vel mandans aliquid fatis id-  
ipsum præfinit, & determinat, merito præscribere di-  
citur, sicut & præscriptio , vel præscriptum capitur  
pro præcepto, vel mandato, secundum præcitos, in  
quo etiam sensu accipi potest d.l. maritus.

Frequentius tamen Iurecons. accipiunt verbum  
præscribo pro excipio. vlt. ff. de suspet. iur. ord. per. ff. de  
re ind. quemadmodum & præscriptio pro exceptione,  
l. qui agnitis 1 1. ff. de except. L. quinque , vbi gl. ff. finium  
regund. & quadetur ex rub. ff. de except. præscript. &c. &  
C. de except. seu præscr. quorum argumento communiter  
recepimus est præscriptionem, & exceptionem nō  
differit, sed pro codem accipi, vt intendit text. in l. cre-  
ditor. ff. de divers. & tempor. Fab. & Angel. in princ. In-  
stit. de except. vbi nouiores Dec. num. 2. Parif. ex n. 9. in  
dit rub. Con. in reg. p. p. se f. in princ. n. 3. & 4. vers. sexto,  
plerique alij. Sed hac in re mihi verius videtur  
præscriptionē stricte & proprio loquendo, accipi pro  
exceptione illa, quæ in principio litis proponenda est,  
& tractata ante probatam intentionem auctoris ad ef-  
fectum vt processus differatur , vel vt actio perimitur,  
& agens omnino excludatur a iudicio, cuiusmo-  
di sunt exceptiones dilatoriae, pen. & vlt. C. de except.  
& nonnullæ peremptoriae, quæ in principio ante litis  
contestantur proponi possunt in vim dilatoriarum  
concludentes auctorem omnino excludentiam , de  
quibus in c.1. vers. nisi, de liuis contestat. lib.6. Quæ  
quidem explicatio fatis colligitur ex l. si maritus 15.  
§. vlt. vers. præscriptiones, ff. de adulter. & ex Quintil.  
fff lib.7

lib. 7. c. 6. & ex Fortunat. lib. 1. Rethoric. quorum verba referunt Alciat. in d. l. quinque pedum, n. 6. 8. Cou. d. loco, n. 1 Rainard. de preindio. ex cap. 8. Et sudeatur, quia si aduertas, omnia ferè irra, quæ præscriptionem pro exceptione accipiunt, vel agnoscunt de exceptionibus dilatoris, ut in d. l. pen. & v. l. d. l. pen. C. de partis, vel de peremptoriis illis, quæ initio proponi possunt, & actorem remouent, d. l. pen. ff. de re indic. Accedit, quia propriè loquendo, his tantum exceptionibus accommodatur nomen præscriptionis, siquidem qui has præponit, præscribit, idest, prius, sive ante scribit, & ita per analogiam, prius proponit, & probat antequam acto de iure suo doceat. Rursum præscribit, idest, præfinit, terminat, & modum ponit actioni, & actori, quem omnino excludit, inxta quem sensum frequenter intit. ff. de except. & prescr. & de divers. & temp. frequentissimum in C. Iustianus accipitur præscriptio pro exceptione illa, quæ ex vñscapione, vel longi temporis possessione nascitur, quippe cum ea in principio proposita lis finiatur, & agens omnino excludatur l. vbi Bart. ff. proposito, cap. ad aur. 6. vers. omnem præfis, hoc rit.

Denique apud nostros Pontifices, & utriusque iuris interpres passim accipitur præscribere pro acquirere per possessionem, & ita pro vñscapere, & causam quam, in fin. c. vlt. hoc rit. reg. possessor, de reg. iuris. 6. sicut & præscriptio capit pro acquisitione, quæ fit per possessionem, & ita pro vñscapione, d. cap. vlt. reg. sine possessione, de regal. curis in 6. licet autem isthac acceptio non sit ita frequens in libris Digestorum, nihilominus non est ita impropria barbara, Iureconsultis, aut Imperatoribus incognita, ut opinantur Alciat. ubi sup. n. 7. 2. Corraf. & plerique ex nonioribus relati à Cou. ubi sup. n. vlt. Deinde accipitur præscribere pro præsumere, sicut & præscriptio pro præfinitione, quia igitur is, qui rem per vñsum, & possessionem acquirit, inscribet eam sibi, & insuper præfinit dominium, seu ins alterius, merito præscribere dicitur, & ipsa acquisitione dicitur præscriptio quasi antivalatio, & præfinitio, iuvat l. vlt. §. fin. autem, vers. ut nec, C. communia de legar. quemadmodum, in fin. C. de agric. in quibus longi temporis præscriptio accipitur pro acquisitione, sicut etiam accepisse videtur Iustianus, in rubr. Inffit. de vñsc. & longi temp. prescr. vt habent vulgati Codices, licet Cujac. & Hotom. elegant, & longi temporis possess. si aduertas sub eod. tit. nullum esse verbum de præscriptione, idest, exceptione longi temporis, sed de acquisitione, quæ fit per longi temporis possessionem, in præc. vers. & idem, & in §. quod autem, quam acquisitionem Iustianus, in rubr. præscriptionem dixisse videtur. Quibus consequens est in hac rubr. non accipi præscriptionem pro exceptione, vt intendunt gloss. Alciat. n. 1. Paris. hic in princip. Dec. ubi sup. n. 2. ad fin. sed pro acquisitione, quæ fit pro possessione, iuxta supradicta.

Definitur præscriptio, seu vñscapio vt sit acquisitionis dominij per continuam possessionem temporis lege definiti, secundum Iureconf. in l. 3. ff. de vñsc. vbi Ferret. ar. 15. Cujac. & elij, Abb. n. 3. Alciat. 1. 5. Bero. & nonnulli in hac rubr. tangit gl. verbo quod autem præscriptionem, in sum. 16. q. 3. Conrad. de contract. quaf. 1. 5. concl. 3. Mench. illafr. c. 51. n. 7. quæ quidem definitio videtur admittenda, licet aliter præscriptionem definit, gloss. d. verbo quod autem præscriptionem, quam in effectu sequuntur Alciat. hic n. 4. & Ferret. n. 8. q. in d. l. 3. Cou. in d. reg. possessor, p. 1. §. 1. n. 4. Contra quam Iurisconfuti definitionem non obstat quod acquisitionis dominij est effectus vñscapionis, sed non ipsa vñscapio, quæ à suo effectu distinguiri debet, ac subinde definitio, per quam res per effectum definitur, non est

absoluta, vt per Bart. communiter receptum in l. 1. ff. de appellat. præterim quia Iureconf. definit vñscapionem, prout est in actu acquirendi, non vero prout est ius quæstum, quia tunc non est acquisitionis, quia respondet vñscapionem hic definiti per id, quod est substantiale, & intrinsecum illius, nam cum vñscapio propriè significet acquisitionem, quæ sit per possessionem ducta etymologia à dict. vñsc., quæ possessione significat, l. q. 11. ff. de verbis. signif. & à dict. capionis, quæ acquisitionem importat l. aliud, 79. ff. illo tit. merito vñscapio non potest aliter nuelius definiti quam per acquisitionem, quam intrinsecè, & substantiale denotat. Si sanè vt aduertunt Ferret. d. n. 15. & Cujac. in d. l. 3. falsum est dicere vñscapionem esse causam acquisitionis dominij, siquidem causa acquisitionis est continua posseffio, vñscapio vero est ipsa acquisitionis & ideo Iureconf. in d. l. 3. definit vñscapionem prout est in fieri, seu in actu acquirendi, non autem ius, seu vñscapionem perfectam, quia vñscapio ex se dicit aliquid quod est in fieri, sicut & vñscapiens dicitur esse in actu acquirendi, secundum Imol. & sup. citatos. Nec etiā obstat quod hæc Iurisconf. definitio non revertitur cum suo definito, quia non competit illis vñscapionibus per quas non acquiritur dominium, sed actio personis, vel in rem, aut etiam exceptio, seu iuris retinendi, de quibus in l. tom. 2. l. fin. si quis emptionis, l. 1. C. de præcript. o. c. titia omisla responsione Alciat. in d. l. quinque. n. 61. & Paris. n. 11. Bero. n. 14. in hac rubr. respondet dominium hic non acipi strictissime prout reperitur in rebus corporalibus, sed latius prout comprehendit res incorporeales, actiones reales, & personales, & iura quæcunque in quibus etiā dominium datur, idest, ius disponendi de illis, vt in vñscapione probat l. qui vñscapio 3. in fin. ff. p. 1. vñsc. per, per quam post alias refert Pinel. in l. 1. C. de boni mat. p. 2. n. 18. col. 2. & consequenter Iureconf. in d. l. 3. non excludit, imo includit vñscapiones, per quas actio, vel exceptio, & ita dominium, seu ius eamdem acquiritur, nec nouum est verba definitionis generanter accipi, vt patet in definitione actionis in princ. Inffit. de auctonib. in ita glos. verbo quod debetur, nec definitione obstat, quod hec definitio videatur non satis explicare substantiam vñscapionis, ad quam non tantum requiritur continuatio possessionis, sed etiam iustus titulus, & bona fides l. 4. in præc. l. Celsus 27. ff. hoc tit. l. 4. C. de præcript. longi temp. princ. Inffit. hoc tit. quia respondet cū Alciat. in hac. rub. n. 2. 9. & in d. l. quinque, n. 6. 2. Ferret. in d. l. 3. n. 18 titulum, & bonam fidem licet multoties requirantur ad vñscapionem, veluti qualitates quædam intrinsecæ, sine quibus vñscapio effectu non habebit, nihilominus quoad substantiam vñscapionis, non pertinent, quippe quod aliquando abhinc titulo procedit, vt in d. l. ornes, c. 1. hoc tit. lib. 6. & aliquando absque bona fide fuit admissa d. l. si quis. §. 1. idem merito Iureconf. substantiam vñscapionis explicatur, titulum & bonam fidem omisit, de sola continuatione possessionis agens, sine qua vñscapio confitetur, aut considerari non potest, prout similiter observatur in definitione stipulationis, de qua in l. 5. §. stipulatio, ff. de verb. oblig. & in definitione matrimonij, de qua in c. illud, de præsumpt. & in aliis in quibus sola essentia & natura definiti explicatur, omittuntur autem qualitates, & accidentia sine quibus non habentur iuris effectus.

S V M M A R I V M.

1 Episcopus contra Episcopum locum per se conuersum ad fidem præscribit triennio, sed cum vacat Ecclesia, vel est in schismate, non præsumitur contra ipsū.  
2 Episcopo

# De Præscriptionibus, Tit. XXVI.

615

- 2 Episcopus contra Episcopum locum per se conuersum ad fidem triennio præscribit.
- 3 Concordatur text. in præsenti cum c. placuit il. 2. 16. quæst. 3.
- 4 Ecclesia vacante cessat præscriptio contra illam.

## C A P. Placuit. I.

*Ex Conc. Afric.*

Piscopus conuertens aliquem locum ad fidem, vel uinitatem Catholicam, qui spectaret ad alium Episcopum Catholicum, si per triennium illum retinet, nemine repetente, ulterius ab eo repeti non potest; si vero vacabat Ecclesia, vel erat in schismate, non currit præscriptio, nisi postquam fuerit creatus Episcopus, vel conuersus, quia ex tunc incipit triennium, & currit præscriptio. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Imol. Ioan. Andr. Anan. Hoff. Henric. Anch. Butr. Bellam. Bald. l'anorm. Dec. Martin. Vran. Alexi. de Neuo, Cujac. Viu. in rationali secundi libri iuris Pont. pag. 251. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 309. & tom. 4 repet. super iure Canon. ad secundum lib. Decret. Petr. Paul. Parif. remissiu. Ximen. in concord. p. 1. defumitur ex Conc. Africano c. 86. sub Bonifac. I. & habetur tom. 1 Concil. pag. 16. vt in Latinis libris est. At in Græcis ex Concil. Carthag. c. 119. secundum veterem librum apud alios c. 120. 121. & 123. Fuit autem hoc Concilium constitutum Honorio XII. & Theodosio VIII. Augustis confulibus Kalendis Maii Carthaginæ, secreta in Basilicæ Fausti Aurelio Episcopi in vniuersali eius prouinciae Concilio præsidente, ut appareat ex iis, quæ scripta sunt ante c. 77. eiusdem Concilij Africani, line c. 76. in corpore Can. & hic text referuntur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 19. c. 1. nonissimè Io. de Valboa in annuis Acad. prel. Salmant. tom. 1.

- 2 Probat hic text. Episcopum contra Episcopum locum per se conuersum ad fidem triennio præscribere, cuius quidem decisio procedit in fidei Catholicæ fauorem, ita ut Episcopus proprius diligenter fiat ne intra tam breve temporis spatium amittat locum, & partem diœcesis, quæ à fide defecit, & alias sperans acquirere intra illud maiori cum diligentia procuret ut locus ille, vel pars diœcesis ad fidei, & Ecclesiæ uinitatem reuertatur: ita gloss. 1. in fin. Abbi. & communis in præsenti glof. 4. & omnes in c. placuit; il. 216. q. 3. glof. ult. in reg. possessor. 16. Balb. de præscript. 1. quarta. q. 1. in fin. Couar. in reg. possessor. p. 2. §. 1. n. 8. Mench. illusfr. c. 72. n. 6. Ludou. Gom. in reg. de triennis 9. 42. & probant alij existimantes ex auctoritate legis Canonicae procedere præscriptionem cum mala fide, idque post Rip. agnoscit Auend. de exequendis mand. lib. 1. c. 1. n. 21. col. 2. Sic etiam propter publicum fauorem tributorum soluendorum limitatur reg. 1. 1. C. de usucap. transfor. & biennio præscribuntur prædia tributaria defertal quæ agros, C. de omni agro def. Ego vero text. in præsenti procedere intelligo, quando nulla præcessit monitio contra proprium Episcopum negligenter, tunc enim contra illum requiritur lapsus triennij, intra quem si locum affinem ab alio conuersum non repeat, amplius repetere non poterit, text. verò in d. cap. placuit, ideo sex menses requirunt, quia præcessit monitio, ibi enim proprius Episcopus monitus fuit ab aliis, qui illum negligentem aduerterunt, populumque ad fidem conuerterunt, unde si intra illud breve spatium à die monitionis proprius Episcopus non repeat, amplius repetere non poterit, & locus

Tom. 1.

conuertentis efficitur, quem intellectum præstat etiam Anaft. German. animadvers. lib. 1. c. 20.

Verum contra hunc communem intellectum primò obstat text. in cap. ult. hoc tit. & generalia ciuidem verba, ibi, nulla valeat, &c. insuper & ratio illuc addita, quæ in fauorem fidei Catholicæ negligenda non fuit, imò eo magis admittenda, quod fides Catholicæ magis abhorret peccata, & magis aliena est ab omni iniustitia, & legis naturalis, seu diuina violatione, neque pat credere est maximos Ecclesiæ Pontifices inter Ecclesiasticos, & præsertim Episcopos admittere præscriptionem cum mala fide, quam in cap. vigilanti, & in d. cap. ult. infra. hoc tit. inter sacerdotes, & in foro sacerdotali absolute improbarunt, arg. text. in L. in arenari. C. de inoffic. test. Secundò obstat quod tempore huius text. & Concilij Africani circa annum 425. non apparet lege aliqua, quæ contra Ecclesiæ, & Episcopos quadrageneriam præscriptionem requirat, vnde semper fidei fauore fortasse eo tempore minor sufficiebat, ac subinde non limitatur per hunc text. c. de quart. & c. illud, infra. hoc tit. quo multo postea emanarunt. Tertiò virget cap. placuit, il. 2. 16. q. 3. quod habetur in Concil. Mileuitano, sub Innoc. I. c. 24. ut constat iom. 1. Concil. p. 484 col. 2. & rursus refertur in d. Conc. Africano c. 88. & habetur d. c. 516. ubi in eadem specie de qua hic agitur in fidei fauorem, procedit præscriptio per sex tantummodo menses, nec requiritur triennium.

Sed retento communi intellectu non obstant, quæ contra illum adduximus, Nam ad primum ex mente communis aduertendum est, & fatendum videtur fauorem fidei in proposito attendi, & ex auctoritate legis Pontificie maximè operari, primò cetera possessionem, quam lex hic & iustificat, & tribuit Episcopum conuertent, ut ex iuri auctoritate iustus sit possessor, arg. iustè possidet, ff. de a. quer. possel. quam possessionem neque iustificat, neque tribuit regulariter in aliis casibus, sanè Episcopum conuertens, de quo hic, quamvis sciret plebem, & partem diœcesis, quam conuertebat, esse alienam, & ad alium Episcopum pertinere in actu pratico, non habebat conscientiam tei alienæ, vel peccatum iniuræ retentionis, quippe qui ex legis auctoritate iustè, & absque peccato possidebat, d. l. iustè, & consequenter non male, sed bona fidei possessor erat, ut intendunt Angel. in L. 1. n. 63. C. de iust. Couar. ubi sup. Secundò circa tempus quia sufficit in proposito triennium cum alias attento iure spatium 40. annorum sit necessarium, cap. de quarta, cum simil. inf. hoc tit. Denique circa titulum, qui omnino requirebatur in hac præscriptione, in qua Episcopus intra alienam diœcesim contra ius commune præscribet, cap. si diligenter, ad fin. ibi, iusbus rebus, infra. hoc tit. c. 1. eod. tit. lib. 6. & tamen in præfatis suppletur à lege in fauorem fidei Catholicæ, qui exceptis his tribus, & circa malam fidem nihil operantur.

Ad secundum responderi poterit quod licet tempore Conc. Africani, à quo is text. defumitur, non requirerebat quadrageneria præscriptio contra Ecclesiæ, vel Episcopos, nihilominus tanen quo tempore Gr. gor. IX. hunc text. collocauit sup. hoc tit. iam era receptissima. huicmodi præscriptio, vnde ex mente illius text. hic videtur hoc in loco adiectus, ut in fauorem fidei limitetur reg. d. cap. de quarta, & d. cap. illud, cum similibus.

Ad tertium communis concordia est quod text. in præfatis suppleri debet per d. cap. placuit, & è conuerso, ita quod sex menses, de quibus in d. cap. placuit, à tempore monitionis computandi, non tribuant ius loci conuersi quasi Episcopus conuertens per illos præscribat, sed requirantur ut Episcops proprius monitus constitutatur in mora, & negligencia, quia in-

Fff 2 terue

terueniente sit facultas alij Episcopo conuertendi, & si post conuersionem proprius Episcopus per triennium non recuperat, inducitur præscriptio loci conuersi gloss. & communis in present. glo. in d.c. placuit, gloss. in dreg. p[ro]fessor, de regu[is] iuris iuri in c. communis ex Panorm. hic n.8. probat ex multis Cou. ubi sup. expendens quod in prædicto originali huius text. sic legitur, *Placuit ut quicunque post leges locum ad Catholicam, &c. que verba, post leges, licet à Gregor. huius libri compilatore omissa fuerint, satis significant necesse riam esse monitionem, & sex mensibus post illam decurso, intelliguntur enim post leges, scilicet de monitione premittenda; & sex mensibus expectandis. Sed h[oc] communis concordia non satisfacit, tum quia diuinat ad utrumque text. hic eni[m] nulla fit mentio monitionis, aut sex mensum, sicut nec in d.c. placuit, nullum est verbum de triennio, etiam quia sex mensibus, de quibus in d.c. placuit, non præsintuntur tantum ut Episcopos proprius mora incurat, sed etiam, ut illis elapsis alias conuertens statim locum acquirat, ita quod vlerior expectatio triennij non requiratur, prout significat verbum, *pertineat*, de quo in eo text. præsertim si adjungantur verba illa, quæ præcedunt, ibi, ad suam Cathedram pertinenties, quæ important plenum ius competens Episcopo proprio negligenti, quod idem post sex menses acquirit conuertenti; nec aliquid probant verba illa, post leges, quia ut constat ex eod. Concil. Africano cap. 88. & passim alibi, intelliguntur, id est, post leges latas de Donatistis hæreticis, vel contra eosdem hæreticos, & propterea omessa sunt à Gregor. qui per hunc text. voluit confinire legem generalem, non habito respectu ad Donatistas, vel leges eorumdem, de quibus Concil. Africano loquebatur, alijs enim si verba prædicta referrentur ad leges monitionis necessaria, ut Conarr. credit, planè Gregor. non omis- sisset, vel omitens aperte significaret non esse necessariam monitionem, nec illam posse à nobis suppleri, quam cum ante afferat integrè Pont. Gregor. resecauit.*

**4.** *Non præiudicetur Matrici Ecclesia, &c.]* Notatur ad hoc quod vacante Ecclesia cessat præscriptio contra illam, ut per Felin. in cap. cum depurati, n. 7. de iudeo Aymon. de antiquit. tempor. p. 4. cap. materia, n. 68. Bald. de præscript. 2. part. sexta principali, n. 7. Molin. de iustit. tract. 2. disq. 78. num. 7. Bart. in l. naturaliter, n. 24. ff. de visc. cap. 9. Guid. Papæ decr. 1. 52. quicquid controvèrtat, & confundat Annib. in d.l. naturaliter, v. 2. 98. Idem probat cap. de quaria, vers. xii, cap. anditis, vers. quod si hoc sit. & invaratio, nam Ecclesia dum vacat vt pote careat legitimo defensore, iure agere prohibetur, cap. vlt. ne sede vacante, ac subinde contra huiusmodi Ecclesiam iure impeditam dormit ipso iure præscriptio, quantumcumque adsint omnia illa ad illam necessaria, iuxta reg. l. 1. §. vlt. C. de annals except. Ita similiiter dormit dum viuit Prælatus ille, qui rem Ecclesiæ temerè alienauit, vel aliquid aliud contra sacros Canonem, & in Ecclesiæ præiudicium fecit, quia scilicet dum viuit est (quoad hoc) ac si Ecclesia non haberet Prælatum cum habeat ad hoc inutilē, quem lex verosimiliten non creditur venturum contra id, quod temerè facit, ut colligitur ex text. in cap. si Sacerdotes 1. 6. qust. 3. ibi, ex quo talia morendo, quem notant gl. verbo causa in cap. 1. de integr. restit. num. 6. Roman. 2. 6. vbi addit. Rebuff. in compend. alien. num. 37. Bald. de rescript. 1. p. 5. n. 8. Cald. Pereira in l. se curatorem, verbo intra legitimū, n. 4. Provt cessat etiam durante pupillari aetate, quia illo tempore dormit, l. sicut. C. de præscript. 30. Surd. decr. 4. num. 1. Rot.

apud Farinac. decr. 4. i. 9. num. 4. part 2. recent. intellige supradicta procedere vbi Ecclesia quasi vacet, ut quia licet Prælatum habeat, ut tamen quod iuri effectus, & res Ecclesia, ut oportet, uendas, inutilis est, ut pote hæreticus, schismaticus, vel detenus, seu captius, probat text. in presenti, versic item si, iuncto cap. pen. de supp[er] neglig. Pralt. lib. 6. retulunt gloss. v. t.m. & communis in presenti. Bald. de præscript. part. 2. à num. 7. iurat reg. cap. 1. de translat. Epifop. vers. sicut, iuncta gloss. vlt. per text. ibi in l. vlt. C. ad legem Flau. recepta communiter ex Conarr. pralt. cap. 7. n. 27. Tiraquel. ad leg. com. ub. part 6. num. 12. Sic idem est vbi Prælatus excommunicatus existit, quia cum iure agere prohibetur, c. intellectu[m] de iudeo. & ideo tam contra Ecclesiam, quam contra ipsum etiam in rebus propriis præscriptio dormit, iuxta cap. quia diversitatem, de conciſ. p[ro] ab. gloss. Magna in cap. prima actione 1. q. 3. communis ut per Abb. n. 7. Paris. 1. 8. cum seqq. in presenti. Balb. 1. part. 6. n. 24. id ipsum admittentes quantumcunque excommunicatio iustit.

Intellige secundò Ecclesiam in proposto vacare vbi caret proprio, & immmediato Prælato, qui pro rebus Ecclesiæ iure agere debuit, qualis est Episcopus respectu Cathedralis, Abbas respectu Abbatialis Ecclesiæ, quantumcumque non desint alij Prælati superiori, & mediati, ut satis probat text. ibi, *fuerit Episcopus, & ibi, accepit Ep[iscop]um*, docet Innoc. in cap. olim 1. de restit. spoliat. Abb. n. 2. & alijs, ut per Felin. n. 5. in presenti. Non obstat quod contra hæreditatem iacentem non dormit præscriptio, quinimo procedit non solùm, quæ ante fuerat inchoata, verum etiam noua, argum. vlt. ff. de visc. cap. l. sed si conditione, §. seruus alienus, ff. de hered. insit. resolvunt post alios Crot. in l. si is qui n. 5 ff. de visc. Annib. vbi sup. n. 303. tradunt Abb. in d.c. de quarta, n. 8. & ibi Felin. n. 8. quia respondet ultra Abbatem d.n. 8. qui difficultati succumbens verius putat contra hæreditatem iacentem non progredi, sed dormire præscriptionem, argum. huius text. cum similibus longè diversam esse rationem in Ecclesia vacante, & in hæreditate iacente, in hac enim si aliquis sit hæres, qui adire possit, succedit, reg. l. qui pot. si fac. de reg. iur. lib. 5. vel poterit institutus bonorum possessionem agnoscere & administrare, iuxta l. si quis 2. 3. in princip. ff. de hered. insit. tradit Gomez tom 1. variar. c. 2. n. 1. 3. quod si hæres non appearat, dabitur curator, qui administrare, & agere possit iuxta reg. l. 1. ff. de curat. bonis, tradit Menoch. de arbit. cas 1. 10. à princ. Quid si nullus extat, qui succedere possit, & dicta hæritas vere vacat, defertur fisco, cuius procurator administrat, l. 1. §. qui bona ff. de iure fisci, Menoch. vbi supr. Vnde merito stantibus iis, & alis, qui de iacente, vel vacante hæreditate agere possit, non dat in ea impedimentum iuri agenti facultate priuans prout datur in Ecclesia, qua dum vacat regulariter ius impedit ne quis iterum agat, cap. vlt. & per ior. ne sede vacante.

Intellige tertio prædictam regul. procedere non tantum in rebus ad Ecclesiam, vel mensam Prælati pertinentibus, verum etiam in iis, que Ecclesiæ, vel Prælato insimil cum Capitulo, & Clericis communes sunt, ex Abb. n. 4. Felin. 5. in fin. & alijs in presenti. Balb. d. n. 9. Iafon. in l. si emancipati, n. 18. C. de collat.

In gloss. Si anten. vlt. ibi, ipsius economus, &c. Hec fuit opinio Laurentij, ut refert gloss. in cap. vlt. ne sede vacante, sed communiter probatur. bie. & bi. Nec obstant cap. vobis, & cap. Vulterana, de elef. quia non agunt

agunt de cœconomio, sed de legitimo administratore, Goffr. & omnes in presenti, licet autem Ecclesia vocans cœconomum habeat, qui aliquando agere possit, non idem minus procedit hic text. vt probat Abb. n. i. in fine n. 2. receptus communiter ex Par. n. 11. adhuc enim vacat Ecclesia, & cœconomus eiusdem non est Episcopus, de quo text. agit, qui iura Ecclesiæ, vt oportet, meatur: sic contra pupillum, quamvis tuto rem habeat, dormit præscriptio, de qua in l. sicut, ver. sed pupillari, C. de præscript. 30. vt patet ibi, quamvis sub tutoris defensione constat.

S V M M A R I V M .

- 1 *Pralati taciturnitas non nocet Ecclesiæ donec sit præscriptum.*
- 2 *Dolo referuntur de scandalis materia agentes.*
- 3 *Pralatus ob sedandum scandalum iustè omittit repetitionem rerum Ecclesiasticarum, qua ab illis contra iustitiam usurpantur.*
- 4 *Declaratur text. in presenti, & n. 5.*
- 6 *Viris perfidis au lecat, vel expediatur in iudicio contendere pro rebus spiritualibus, offenditur.*
- 7 *Præscriptionem interrupit monilio, & protestatio Pape.*

## C A P . Nihil. II. Gregor.

1 *Patentia & taciturnitas Pralati, v. g. ad vitanda scandalum, & strepitum foralem, pro re Ecclesiastica recuperanda, non præiudicat successoribus, quin res pauperum, id est, bona Ecclesiæ recuperent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andt. Imol. Anania, Host. Anchar. Butr. Dec. Felin. Panorm. Bald. Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. in rationali secundi libri iuris Pontifici, pag. 252. Alagona in compendio iuris Canon, pag. 309. & tom. 4. repet. super iure Canonico ad secundum librum Decret. Petr. Paul. Paris. remissione Casal. in annotat. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. & nouissime Ioan. de Valboa ubi sup. defumitur ex D. Gregor. lib. 1. cap. 96. epist. 57. registri, refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 18. cap. 3.*

2 *Nihil cum scandalo.] De materia scandali aliqua dixi ad c. qui scandalizauerit, infra de reg. iuris, vbi vide, & interim D. Thom. 2. 2. q. 43. per locam. S. Anton. p. 2. tit. 7. c. 4. à princ. Theol. in 4. dif. 38. vbi late Mich. de Palatio disp. vlt. Albertin. de secreto, col. 88. cum seqq. Adrian. quodlib. 2. Couar. in reg. peccatum, p. 1. in initio, à num. 3. Nauar. in man. cap. 6. num. 19. & c. 4. à num. 28. & in c. considerit, §. aduertere, à princ. de punit. dif. 5.*

3 *Collige ex text. Pralatum ob sedandum scandalum iustè omittere repetitionem rerum Ecclesiasticarum, qua ab illis contra iustitiam usurpantur, vt hic notant omnes, Couar. ubi sup. n. 6. quemadmodum etiam propter scandalum omittuntur multa alias licita, & excluditur quis à iure suo, cap. nisi §. pro grani, de renuntiat. cap. cum teneantur, de præbend. docet Paul. ad Corinth. 8. refertur in princ. 23. qnæst. 1. resoluti gloss. in cap. ad petitionem, de accusat. gloss. 1. in c. in primis 2. qnæst. 1. communiter recepta, vt per Menoch. remed. 1. recip. num. 319. prosequitur plura adducens similia Felin. bis à n. 2. Sed obstat maxime, quod Pralati Ecclesiæ tenentur sub reatu mortalis culpe, quatenus in se est, repetere & recuperare res Ecclesiæ contra iustitiam usurpatas, cap. in canonico-*

*Tom. I.*

*bus, ante fin. ibi, iniquum enim, 16. q. 1. gloss. pen. in c. 3. de offic. Archid. obseruant Abb. n. 4. Parl. 6. & alij in presenti. Igitem non excusatantur, etiam si ex repetitione insurgat scandalum, quippe quod vitandum non est, sed magis negligendum in iis qua sunt de necessitate salvus, pertinent ad veritatem vita, & sine peccato omitti non possunt, reg. quæ scandalizauerit, de reg. iuri, obsernat D. Thom. d. loco artie. 3. Accedit quod scandalum acceptum ex eo quod repetuntur res Ecclesiæ in iustitia retenta, non est pusillorum ex fragilitate, ant ignorantia, sed potius Pharisaorum ex malitia procedens, ac subinde omnino negligendum fuit, iuxta illud Matth. 15. Sintis illos, ceci sunt, referunt in cap. inter verba, 11. q. 3. Inuit quod S. ille Thomas Cantuariensis, de quo in cap. sicut dignum, de l. micid. sanctissimè egit de repetendis, & recuperandis rebus Ecclesiæ iustitiae usurpati, etiam cum grauissimo scandalo Regis, & suorum, qui propterea & virum sanctum interfecerunt, & grauissima crimina commiserunt. Igitur & reliqui Pralati id ipsum imitantes, neglecto scando, tenebuntur Ecclesiæ res repetere, si ab aliis iustitiae detineantur, vt in specie docet D. Thom. vbi sup. art. 8. & in opus. 19. c. 15. ad fin. sequuntur Sylvest. verbo, scandalum, num. 4. & passim alij.*

*Quare D. Thom. d. art. 4. & d. cap. 15. ad fin. quem 4 omnes sequuntur, tenet hunc text. agere de Summo Pont. qui cum supremam, & liberam habeat rerum Ecclesiæ administrationem, arg. c. 2. in princ. de præbend. lib. 6. & Clem. 1. in fin. vt lite pend. utique potuit propter scandalum omittere, vel differre repetitionem rerum Ecclesiæ, qua contra iustitiam usurpantur, quemadmodum priuati suarum rerum dominio tenentur ob vitandum scandalum pusillorum aliquando omittere, vel differre repetitionem illarum, qua in iustitia ab aliis detinentur. Sed hic intellectus non satisficit, refellitur enim, quia quantumcumque Pont. Max. in rebus Ecclesiæ habeat supremam, plenariam, & principalem potestatem, nihilominus tamen illa est dispensatio tantum, vt prudenter, & fideliciter dispenset huiusmodi res sibi commissas, non verò dominica, quasi de propriis distribuat ad instar priuatorum, vt latè ostendi in collect. ad d. cap. 2. de præbend. Nec placet Pontificem in presenti non scripsisse se non posse, sed nihil velle cum scandalo, quasi si voluerit, possit, nam cum iuxta prædicta teneatur redire res Ecclesiæ contra iustitiam usurpatas, etiam stante scandalo, non potest nolle, sed tenetur velle cum illo repetere, arg. 1. 3. ff. de reg. iuris.*

*Ex mente igitur Abb. n. 4. & aliorum in presenti, & S. Anton. ubi supr. §. 6. ad fin. Caïet. d. art. 8 vers. 6. in eadem, & Couarru. ubi supr. vers. 9. Palat. d. loco, pag. 902. dicendum puto text. hume procedere, vbi Pontifex ex conditione patriæ res Ecclesiæ iustitiae usurpatarum, populi, & subditorum, illius qualitate, & valore rerum usurpatarum, tempore, loco, & omnibus alius circumstantiis secundum prudentiam pensatis, intellexit expedire potius & utilius Ecclesiæ esse scandalo eminenti defere, & aliquando pati, & tacere dum meliora tempora sperantur, quam statim de repetitione agere cum gravi scandalo, ex quo maiora mala vero in militi timebas, quam esset bonum ex repetitione prætentum, præsertim quia cum patria de qua hic esset Princeps, neminem in temporalibus recognoscens ex Gloss. magna, & DD. communiter hic, Pontifex illam restituere nolentem cogere non poterat, nisi (vt solent supremi Principes) armis, & bello indicto, quo medio summè periculo scandalis pleno expediebat pro tunc non uti magis, quam cum illo res iniquæ usurpatas recuperare,*

Fff 3 arg.

*arg. cap. suscepimus, vers. verum, de homicid. Ex quibus iam colliges obiectiones suprà relatas nobiscum non pugnare, quibus tamen sigillatum non respondeo, ne præter intentum longior fiam.*

*Nihil cum forali strepitu.] An licet, vel expeditat viris perfectis in iudicio contendere pro rebus temporalibus, vide gloss. & sanctos Patres super illud 1. ad Cor. 6. *Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicium habebit inter vos, & Iustit. 5. circa verba illa, ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicae tollere, dimittit ei & pallium, refertur in princ. 14. q. 1. vbi text. opt. in c. 1. explicitant Abb. n. 4. & DD. in praesenti, D. Th. 2. 2. q. 43. art. vlt. ad 4. & latè ad vtramque partem opus. 19. c. 15. vbi affirmatiuam, que communis est, probat, respondens prædictis auctoritatibus, & aliis, quae in oppositum adducuntur. Nec aduersatur is text. nam ultra intellectum Innoc. hic, & aliorum, secundum quos Pontifex loquitur ex superabundanti iustitia, quia potuit & quidem iuste cum forali strepitu contra patritiam agere de repetitione rerum Ecclesiæ, responderi potest ex mente Abb. n. 4. & aliorum, Cou. in reg. peccatum, p. 1. in initio, n. 6. vers. 9. textum procedere ubi Pontifex intellexit res Ecclesiæ, de quibus hi futuri temporibus sine lite, vel strepitu iudiciorum posse recuperari, nam in hoc casu iuste facit qui tempus redimit, & in futurum differt, nec statim in iudicio cum contentione recuperat.**

*Sed illud vos scire credimus, &c.] Notatur ad hoc quod monitio Romani Pontif. & protestatio interrupit præscriptionem, ut per Couar. in reg. possess. p. 2. §. 12. n. 5.*

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Ecclesia si bona fide, & pacifice possideat possessiones per triginta annos abque interruptione proclamationis synodalis, præscriptio teneri.*
- 2 *Concordamus text. in praesenti, & in cap. de quarta infra hoc tit.*
- 3 *Fides bona si consurgat ex facti ignorantia presumitur in dubio.*

#### C A P. Sanctorum. III.

**E**cclæsiæ si bona fide, & pacifice possideat possessiones per triginta annos absque interruptione proclamationis synodalis, præscriptio tenet, & bona fiunt Ecclesiæ. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Joan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Bald. Dec. Panorm. Felin. Martin. Vran. Alexand. de Neu. Cujac. Viuian. in rationali secundi libri iuris Pontifici, pag. 252. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 209. & tom. 4 repet. si per iure Canonico ad secundum librum Decretal. Petr. Paul. Paris. remissiù Ximen. in concord. p. 2. & nouissime Ioan. de Valboa ubi sic. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. De ret. lib. 2. tit. 18. c. 4. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 38. c. 7.

**2** *Probare videtur hic text. præscriptionem triginta annorum sufficere ad præscribendas res Ecclesiæ contra text. in cap. de quarta, infra hoc tit. requirentem quadraginta annorum præscriptionem. Quare gloss. in cap. 146. quæst. 4. intelligit hunc text. non agere de rebus Ecclesiæ, sed de rebus Episcoporum, vel Clericorum patrimonialibus præscribendis, quam glossa sententiam sequuntur DD. communiter, ut per Abb. & Felin. hic in fine Roman. sing. 457. Cou.*

*lib. 1. variar. cap. 4. rum 4. Tiraquell. de prescript. s. i. gloss. 10. in fine, Perez 1. 8. gloss. 1. tit. 1. lib. 1. Ordinat. Nec etiam displicet alius intellectus, quem tangit idem Couar. in reg. possessor, part. 1. §. 2. num. 2. quod scilicet procedat attente tempore antiquorum Canonum antequam esset inventa quadragenaria præscriptio contra Ecclesiæ. Non obstat, quia in præscriptione text. iste tribuitur Gregorio, cuius tempore constat cognitum, & probatum fuisse quadragenariam præscriptionem contra Ecclesiæ, cap. volumen, 16. quæst. 1. cap. quia indicate, infra hoc tit. quia resp. probabilis videri text. hunc non esse Gregorij, sed Gelasij, quia verba, quæ habentur tom. 2. Concil. inter decret. Alex. III. sub hoc tit. cap. 7. pag. 91. vbi is text. refertur absque nomine Pontificis aperte dicunt hanc constitutionem in Concilio editam fuisse, & per illam confirmari leges humanas, que contra Ecclesiæ triennalem præscriptionem statuerunt, id quod nullatenus potest accommodari Gregorio, tum quia in Conciliis sub illo celebratis, que habentur lib. 4. epist. cap. 88. & iterum lib. 12. in fin. non refertur hec constitutio, immo nec verbum ullam ea de re habetur, quia tempore Gregorij constat leges humanas, quales erant leges Iustiniani Imperator non triennalem, sed quadragenariam præscriptionem agnouisse, & tamen tempore Gelasij non tantum sacri Canones ex Conc. Calcedonien. sed etiam leges humanæ, quæ hodie non habentur in Codice Iustiniani, tricennalem præscriptionem admittebant contra Ecclesiæ, cap. Praeulm, vers. illud 16. q. 2. d. cap. 13. quæst. 2. Nec mirum videri debet præscriptionem huic cap. viciatam esse, siquidem & text. in cap. vigilanti, infra hoc tit. in vulgatis codicibus tribuitur Alexandro cum sit Clementis Martyris, ut habetur in d. pag. 912. cap. 5. & in super cap. quia indicate, infra hoc tit. cum sit Gregorij adscribitur Alexander. Nec etiam obstat quod si Decretalis hæc correcta est iuxta prædictum intellectum, omnino superfluit, nec debuit à Gregor. IX. redigi in hoc volume, immo resarciri iuxta præsumendum huic libri, ibi, resecari superfluis, quia resp. fatendo hunc text. respectu triginta annorum hodie esse correctum, nihilominus tamen adhuc vim habere, & non superfluere, quatenus in principio probat necessarium esse possessionem quietam, & synceram, hoc est, bona fide, & continuam absque interruptione; & rursus dum probat præscriptionem longissimi temporis, qualis est triginta, sed quadraginta annorum, in terrumpi per clamorationem synodalem sicut per citationem, iuxta l. sicut C. de prescript. 30. adiuvant Imol. Paris. num. 4. & DD. communis hic, & ad hunc effectum retulit Greg. IX. hanc Decretalem.*

*In gloss. Sincere, ibi, quod præsumitur, &c. Notatur ad hoc quod si bona fides insurgat ex facti ignorantia, præsumitur utique in dubio, ut per Cou. in reg. possessor, p. 2. §. 8. n. 2. Tiraq. de prescript. p. 1. gloss. 2. fol. 87. Menchi. illustr. c. 70. n. 2. Sanch. in praepcta Decalogi, lib. 2. c. 1. 3. n. 4. 3.*

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Quarta decimaruim, & funeralium prescribitur contra Episcopum, si quadraginta annorum status non solvatur, & Cathedralis Ecclesia interim non vacavit.*
- 2 *Episcopo contingit quarta pars prouentum, & emolumenterum, ac decimaruim.*
- 3 *Obligatio defunctorum quarta mortuariorum, vel funeralium appellatur.*
- 4 *Præscriptio legitima in rebus Ecclesiasticis est quadragenaria.*

C A P.

# De Præscriptionibus, Tit. XXVI. 619

## CAP. De quarta. IV.

Alex. III.

**C**LERICUS contra Episcopum per spatium quadraginta annorum potest præscribere de quarta decima, vel oblationis defunctorum, quæ pertinebant ad Episcopum, dummodo Cathedralis Ecclesia interim non vacet Episcopo qui causam defendat. Item Ecclesia Romana non admittit contra Ecclesiam præscriptionem triginta annorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Butr. Bald. Panorm. Dec. Bero. Felin. Martin. Vran. Alex. de Neu. Cujac. Viulan. in ratione secundi libri iuris Pontificis, pag. 252. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 310. et tom. 4. repet. super iure Canon. ad secundum librum Decret. Petr. Paul. Paris. remissiu. Casal. in annos. & Ximen. in concord. p. 1. & 1. nouissimè Ioan. de Valboa vbi sup. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 18. c. 6. est post Conc. Later. sub Alex. III. p. 48. c. 1.

**Quarta decima.**] Notatur ad hoc quod Episcopo contingit quarta pars conventuum, & emolumenterum, nec non decimarum Parochialium sui Episcopatus sine ullo onere fabricæ, vt per Franc. Leo. in thesauro fori Eccles. p. 2. c. 14. n. 28. quem refero ego ipse de offici. & potest. Episcop. p. 1. alleg. 86. n. 34. in med. Prax. Episc. p. 1. verbo decima, §. 10. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 1. de diuina cultu, c. 8. n. 9 que quidem quarta decima inter iura Episcopalia numeratur, Abb. in c. 1. n. 3. & in c. 2. c. 1. contingat, n. 3. hoc tit. Couar. in cap. offici, in princ. de testam. Non obstat quod plerique canones 10. q. 1. & 10. q. 2. videntur concedere Episcopis tertiam partem, siquidem procedunt attento iure antiquo, secundum quod tertia decimatum dabatur Episcopis cum onere fabricæ, & reparacionis Ecclesiæ, quam quia multi negligebant, quarta absque illo onere videtur instituta, qua præscriptio, vel confuetudine immutari, minui, & augeri potest, secundum omnes hic & in cap. conuenientes, de officio Ordin. & ita hodie in plerisque locis habent Episcopi tertias decimatum cum onere fabricæ, in aliis vero eadem tertia pars soluitur Ecclesiæ Cathedraли, vel alicui dignitat, id quod constitutum videtur per compositionem in bonorum, & reddituum se-paratione, vel per confuetudinem.

**Oblationis defunctorum, &c.]** quæ etiam quarta mortuariorum, vt funeralium appellatur, cap. conueniente, de officio Ordinarii, Concil. Trident. eff. 2. de reformat. cap. 13. notat Couar. in d. cap. offici, in princ. In qua sicut præscriptio valet per hunc text. ita & confuetudo attenditur, cap. consuimus, vbi gloss. verbo tercia, de relig. domib. Est alia quarta Episcopalis, scilicet quarta relictorum debita Episcopo ex illis omnibus, quæ Ecclesiæ causa pietatis relinquuntur, exceptis nonnullis iure expressis, c. offici, vbi Couar. cap. requisisti, & cap. vlt. de test. tradunt Lap. de canon. portione à princ. Petr. de Vbaldis eod. tratl. cap. 1. cun. segg. Bertachini de Episcopo lib. 4. p. 4. à num. 5. Hæc autem quarta sicut præscriptione, ita & confuetudine tollitur & immutatur, d. cap. requisisti.

**Quadrageñaria præscriptione, &c.]** Notatur ad hoc quod Canonica portio Episcopo, vel Ecclesiæ Parochiali debita quadrageñaria præscriptione tolli potest, vt per Fr. Lud. Miranda in man. Prelat. tom. 2. quæst. 48. art. 5. concl. 2. quem refero ego ipse de of-

ficio, & potest. Episcop. p. 2. alleg. 86. num. 39. Notatur etiam ad hoc quod præscriptio legitimæ in rebus Ecclesiasticis est quadragenaria, vt per Couar. in reg. possess. p. 2. §. 2. n. 3. vers. 1. Padil. l. 2. à n. 45. C. de fernit. Bernard. reg. 220. & 221. Moneta de decimis. q. 9. n. 154. Molin. de Inst. tract. 2. disp. 72. à n. 1. Leff. eod. tract. lib. 2. c. 6. dub. 8. n. 251. Soar. de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. c. 12. Quod procedit in rebus Hospitalium & priorum locorum, qui instituuntur in pauperum vltis, Tiraq de pia cau. a. priu. 1. 19. Couar. in reg. possessor. p. 2. §. 2. n. 3. Valafc. conf. 105. n. 4. Molin. d. disp. 72. n. 3. & etiam contra priuatum, qui cum Ecclesia communem haberet rem aliquam indivisiibilem, Bald. de prescript. 1. p. 5. n. 35. Ioan. Andr. n. c. 1. de iure paron. lib. 6. communis, vt per Abb. n. 19. Paris. 17. in præsentis, per text. in l. si communem, ff. quemadmodum servit. & gl. vlt. receptam in d. c. 1. Et etiam in præscribendo fundo in dotem Ecclesiæ, iuxta cap. sicut, vbi gloss. de consecrat. Eccles. id quod satis probat c. ad au- res, inf. hoc tit. ibi, omnem prorsus, vbi in specie notat Felin. & Paris. in princ. post Nouellum Balb. de præscript. 1. p. 5. n. 11. Paris. conf. 27. n. 9. lib. 1. Id ipsum tandem procedit in Ecclesiæ, quæ succedit priuato, cuius res immobilis præscribi cœperat, siquidem re-spectu temporis residui, quod deficit ad præscrip-tionem complendam, potitur Ecclesia pro rata suo priuilegio 40. annorum, ex Bart. Bald. l. 2. & communis in auth. quas actiones C. de sacr. Eccles. Abb. conf. 1. 4. n. 2. lib. 2. & in præsenti n. 20. vbi etiam Paris. n. 18. Balb. vbi sup. n. 33. per text. quem prædicti ex-pendunt, in auth. quod si, C. de longi temp. præscript. & reg. l. ff. us. 6 ff. de iure fisci, contra gloss. magnam in fe-ne, in d. auth. quas actiones, communiter reprobatam, ex Iason. licet sequatur Mench. de success. creat. §. 10. n. 41. ad med.

In gloss. Quadrageñaria. ibi, bodie verò iure com-muni sola 40. annorum præscriptio currit contra Ecclesiam, nulla distinctione facta inter Ecclesiæ, & Monasteria. Recepta est secundum Couar. in d. reg. possessor. p. 2. §. 2. n. 3.

## S V M M A R I V M.

1. Possessor mala fidei non prescribit.
2. Insignis dicitur à Couar. text. in præsenti.
3. Præscriptio an contra ignorantem currit.
4. Præscriptio iuxta leges humanas perfecta, etiam in anima iudicio præscribentem defendit, quamvis ipse post completam præscriptionem habeat scientiam rei aliena.

## CAP. Vigilanti. V.

Possessor mala fidei nunquam præscribit de iure Canonico, & præscriptio fuit introducta contra desides, & contemptores. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Henric. Dec. Felin. Guid. Papæ, Mantua, Martin. Vran. Alex. de Neu. Cened. collect. 50. Cujac. Viulan. in rationali 2. libri iure Ponif. pag. 253. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 310. remissiu. Casal. in annos. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 18. c. 7. & est post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 36. c. 5.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Balb. de prescript. 2. p. 5. princ. q. 1. & q. 13. num. 99. & p. 38. c. 13. ex num. 2. Couar. in reg. possess. part. 2. §. 2. num. 3.

F F F 4 vbi

## 620 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

vbi de materia huins text. & §. 11. ex n. 3. & alij citati ad cap. ultim. hoc iur. & ad regul. possessor, de regul. iuris. lib. 6.

<sup>3</sup> Tam in rebus cognitis, quam latentibus, &c.] Ergo præscriptio contra ignorantem currit, de quo, & an restitutio ei sit concedenda, vide Tiraq. de retrahit. iur. §. 3. 5. gl. off. 4. n. 36.

<sup>4</sup> In gloss. Nouerit, 2. ibi, sed pone, quod post completam præscriptionem, &c. Nota, quod præscriptio iuxta leges humanas perfecta etiam in anima iudicio præscribentem defendit, quamvis ipse post completam præscriptionem habeat scientiam rei alienæ, de quo vide Couar. in d. reg. possessor, p. 3. §. 2. à princ. Tiraq. de præscript. §. 1. gloss. 2. n. 13. & in tract. cessante causa, limit. 12. à n. 19. Petr. Magdalen. de numero testium in testam. p. 3. c. 3. n. 13. 4. Steph. Gaëta in rep. ad limina 30. q. 1. §. 5. n. 41. in princ. Mench. illusfr. lib. 2. c. 7. 4. Sot. lib. 4. de Iustit. q. 5 art. 4. Boët. decif. 2. 11. ex n. 1. Sarrien. lib. 2. selec. c. 10. Menoch. remed. 16. recip. n. 17. Mexia in tract. rassa panis concil. 1. n. 13. 3. vers. quo fit. Spin. in speculo testam. gloss. 3. principali, n. 70. Guttier. præf. lib. 2. quart. 1. à n. 14. Perez tit. 2. lib. 5. Ordinam. pag. 140. & lib. 8. pag. 303. super plures quos citat Cened. ad Decret. collecti. 50. n. 3.

### S V M M A R I V M .

<sup>1</sup> Ecclesia una in parochia alterius quadraginta annorum spatio decimas præscribit, & n. 2.

<sup>3</sup> Ecclesia contra Ecclesiam præscribit annis 40.

<sup>4</sup> Officium iudicis an sit implorandum ad restitutionem, ostenditur.

### C A P . Ad aures. VI.

Ecclesia una si possidet decimas in alterius Parochia per quadraginta annos, iam præscripsit, & melior est conditio possidentis, & excludit omnem actionem alterius Ecclesiarum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andri. Imol. Anan. Bald. Panorm. Henric. Butr. Hoft. Guid. Papa. Felin. Dec. Anch. Mantua. Martin. Vran. Alex. de Neu. Cujac. Viu. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 254. Alagona in compendio Canon. pag. 610. & tom. 4. repe. in iure Canonico ad librum secundum Decretalium, Petr. Paul. Paris. remissimè Ximen. in concord. part. 1. & 2. nouissimè Ioan. de Valboa vbi suprà refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 18. c. 9.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Rebuff. in tract. de decimis, q. 13. n. 6. Abb. cons. 94. n. 2. vol. 1. Couar. lib. 1. variar. c. 17. n. 7. Moneta de decimis cap. 5. n. 105.

<sup>3</sup> Quas una earum in alterius, &c.] Ergo Ecclesia contra Ecclesiam præscribit annis 40. vt per DD. in auct. quas actiones, vbi gloss. Cod. de sacrof. Eccles. Balb. de præscript. 1 p. 5. num. 4. Couar. in reg. possessor, part. 2. §. 1. num. 3. Tiraq. de pia causa, priuileg. 26. vers. contraria, Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 61. num. 13. Malcard. de probat. concil. 12. 1. 3. num. 4. Pute. decif. 2. 2. num. 3. lib. 3. Rota apud Farin. decif. 20. 8. num. 1. v. 1. recent. & num. 6. quod in præscriptione contra Ecclesiam requirit bona fides, siue priuatus, siue alia Ecclesia præscribat, & citat Balb. de præscript. 2. p. 3. princ. §. 6. uero, n. 9. Non obstat quod Ecclesia contra quam præscribitur, non potest uti priuilegio quadragenaria præscriptionis contra Ecclesiam præscribentem æquè priuilegiatum, imo conquassato hinc

inde priuilegio standum videtur iuri communi, de quo in l. 1. ff. de usucap. transf. iuxta reg. l. affinis vers. duabus, C. qui pot. in pign. l. sed & milites, ff. de excus. iur. cum aliis, de quibus per Tiraq. de pia causa priuileg. 26. vers. sed quod primo, resp. enim secundum communem reg. d. vers. duabus, procedere tantum vbi uterque priuilegiatus in specie concurrit in actu & exercitio sui priuilegii; in proposito autem non datur huiusmodi concursus, sed sola Ecclesia contra quam præscribitur, priuilegiata est, & in specie agit de usu & exercitio sui priuilegii circa quadragenariam præscriptionem, Ecclesia vero præscribens, licet alijs in genere priuilegiata existat, vt non nisi quadragenariam præscriptionem patiatur, nihilominus tamen dummodo contra alium præscribat, non exercet suum priuilegium, nec ullum iure concessum est Ecclesia præscribenti, sed ei soli contra quam præscribitur, ac subinde merito hæc contra illam priuilegio uti potest, quia, propriè loquendo, cum non concurrant priuilegia in specie, non concurrunt duo priuilegiati, sed ille solus priuilegiatus dicitur, qui priuilegium ad actum reducit, iuxta l. vlt. ff. ex quibus causis maior. i. verum 12. §. vlt. ff. de minorib. cap. anditis, de in integr. resit. Bart. n. 3. & omnes in d. auct. quas actiones, Abb. n. 3. & alij in præfenti, communis, vt per Felin. num. 1. 29. Paris. num. 1. 14. in cap. in præfenti de probat. Tiraq. vbi sup. vers. contrarium. Quamvis contradicat Dec. in d. cap. in præfenti à num. 41. & in auct. quirem n. 1. 1. ad med. C. de sacrof. Eccles. Gom. in §. rufus, n. 2. 7. In iste de actionib. per text. quem expendunt in auct. de sanctis. Episcop. §. sed hoc præfenti, ad finitima communis multipliciter respondent Paris. n. 1. 14. & ibi Beron. n. 4. 56. Couar. d. n. 4 Costa in cap. si patet, p. 1. uerbo, si absque n. 2.

Prorsus excludit.] Ergo ipso iure iuxta resoluta per Tiraq. i. l. si unquam, verbo, reueneratur, n. 7. 1. & per Boët. decif. 1. 44. num. 4. & ita probat hic text. actiones per longi temporis præscriptionem extingui ipso iure, vt voluerunt multi quos referunt Fulgoz. Bald. & Angel. num. 5 & sequitur Bart. in l. omnes, C. de præscript. 30 idem Bart. in l. vlt. §. vlt. ff. rem ratam hab. & satis intendunt plures relati à Padil. in l. cum quis num. 1. 9. C. de iuris & facti ignor. resoluentes obligationem, vel actionem ciuilem prorsus tolli per præscriptionem. An autem ad restitutionem officium iudicis sit implorandum, vide eundem Tiraqel. de retrahit. iur. 1. §. 3. gl. 4. n. 40. Balb. de præscript. q. 1. principali, q. 6. n. 2.

In alterius parochia.] Idest, in tertia extracea, & diuersa à litigantibus, iuxta quem sensum admittitur hæc præscriptione absque titulo, quia ius commune contrarium Ecclesiæ præscribenti decimas in aliena parochia non erat pro Ecclesia aduersaria cum quilibet agebatur, in cuius parochia decimas non existebant, & ita expenditum est text. pro opinione gloss. magnæ ver. interdum ius etramne vetat, in cap. 1. hoc tit. lib. 1. Sed retinenda est opposita sententia, quam tenent Abb. in cap. si diligent. num. 3. 5. vbi Henric. num. 10 ad fin. Felin. num. 2. vers. amplia secundo, hoc tit. Franc. in d. cap. 1. num. 7. dicit communem Cou. lib. 1. variar. cap. 17. n. 6. Non obstat text. in præfenti, nam reiecta opinione illorum, qui putant hunc text. procedere iure antiquo ante d. cap. 1. ut intendunt gl. 2. in præfenti, gloss. ultim. in fine, & in d. cap. si diligenti, & cap. dudum, & decim. longè verius est quicquid contra sentiat gloss. 1. in fine in reg. possessor.) in specie huins text. Pontificem, licet nullum verbum de titulo adiecerit, sicut neque de bona fide, quia non de his, sed de solo tempore dubitabatur, nihilominus supposuisse tam titulum, quam bonam fidem secundum

# De Præscriptionibus , Tit. XXVI. 62r

dùm iuris regulas necessariam, & ita cùm dicit quæd  
agenariam præscriptionem, &c. intellexit legitimam  
& secundum ius, in qua nihil deficit de necessariis,  
cuiusmodi sunt bona fides indistincte, cap.vlt.vnf.hoc  
tit. & titulum iuxta cap. diligent, & d.c. 1. vbi ius  
commune contrarium est præscribenti, propt era  
hic, atque ita intellexit Host. quem sequitur Bellam.  
hic, referens ita placere Ioan. Andr. & Lignano, pro  
bat Rebuff. de decimis, q.13. n.81. Pro quibus facit,  
quia longè verius est text. hunc agere de decimis,  
qua non in tercia, sed in alterius ex duabus litigantibus  
parochia constiebant, vt significant verba text.  
qui non dicit, quos via earum in alia, sed quos una  
carum in parochia alterius, scilicet ex illis duabus, vt  
est de natura dictioñis, alterius, qui proprius & fre  
quentius dicitur de duobus, ac subinde cum in com  
mune contrarium præscribenti esset pro aduersario,  
proculdubio necessarius fuit titulus etiam iuxta op  
tionem dictæ glossæ magnæ. Nec itidem adueratur  
cap. ad decimas, ver. quia, & ver. vltim. de restit. spoliat.  
lib. 6. vbi non tantum expendit ius commune esse  
contrarium Canonicis spoliatis restitutionem peten  
tibus, verum etiam facere pro spoliante, in cuius pa  
rochia decimæ constiebant, & ita duo illa copula  
tiū requiruntur, vt intellexit gloss. magna in d.c. 1.  
gloss.; in d.c. ad decimas, & est communis intellectus,  
vt per Couar. var. lib. 1.c. 17.n.7 post Nauar. in cap. ac  
cepta, oppo. 10 n.2.1. de restit. Rebuff. d. q.13. n.83.  
Mench. illuf. xc. 86.n.1.8 ver. quartus decimus. Quo re  
tentio communi intellectu resp. in proposito longam  
esse differentiam inter restitutionem, de qua in d.c. ad  
decimas, & præscriptionem, de qua in d. cap. 1.  
nam cum illic agatur de restitutione spoliati, quæ  
secundum iuris communis regulas ante omnia fac  
ienda est in favorem spoliati, & in odium spoliatoris,  
c. 1. de restit. spoliat. cum vulgaribus, merito vt contra  
huiusmodi regulas denegetur, vel saltem retardetur  
restitutio, attenditur, & requiritur quid ius commu  
ne contrarium spoliato sit pro spoliatore, quia cum  
sic & illius favor, & istius odium maximè minuitur,  
reg. d.c. 1. iustissime temperatur, contra verò in præ  
scriptione de qua in d.c. 1. non agitur de favore adver  
sarij, sed de onere, & grauamine præscribentis, &  
tota ratio ob quam titulus necessarius est, fundatur  
in eo quid ius commune & præsumptio sit contra  
præscribentem, vt habet d.c. 1. ac subinde cum ius  
illud, vel præsumptio non sit pro aduersario, titulus  
merito requiritur.

## S V M M A R I V M .

- 1 Laici cum non possint spiritualia possidere ut decimas, ergo & per consequens non præscribere.
- 2 Laicus præscriptione nulla etiam immemorabilis potest ius acquirere percipiendi decimas, & procedit in omnibus decimis quoconque titulo etiam temporalis à laico percipiendu, ut n.3.
- 3 Ratio decisionis affigatur.
- 4 Laicus ex allegatione priuilegiij Summi Pontificis in il  
lino probatione ostendat possessionem temporis im  
memorabilis cum fama priuilegiij habiti a summo  
Pontifice, vel ab inferioribus Prelatis ante  
Concil. Lateran. potest acquirere ius percipiendi  
decimas.
- 5 Decimas, qua iuste, & ex legitima concessione à laice  
obtinentur, an possit laicus contra laicum præ  
scribere, ostenditur.
- 6 Laicus spoliatus iure percipiendi decimas an si ante  
omnia restituendus, ostenditur.
- 7 Præscriptio non datur sine possessione.

8 Locus an possit præscribere ius paternatus, ostenditur,  
& n.9.

## C A P. Causam, quæ. VII.

**I** Aici cum non possint spiritualia possidere, vt  
decimas, nec possunt illas præscribere, aut ab  
Episcopo eis concedi. Colligunt ex Ordinar. Abb.  
antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr.  
Imol. Anan. Host. Anchar. Burr. Henric. Bald. Panorm.  
Felin. Dec. Guid. Pape, Martin. Vran. Alex. de Nevo.  
Cujac. Viujian, in rationali secundi libri iuris Pontif.  
pag. 254. Alagona in compend. iuris Canón. pag. 310.  
& tom 4. repet. in iure Canonico ad secundum Decret. li  
brum. Petr. Paul. Paris. remissiù Ximen. in concord p.1.  
& 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 2.  
tit. 18 c 10.

Collige ex text. nulla præscriptione etiam immer  
morabili posse laicum ius acquirere percipiendi de  
cimas, vt per Caffan. in confuet. Burgundia, rub. 1. §. 2.  
fol. 26. Balb. de præscript. 1. p. 4. principalis, q. 7. n. 5. & 1.  
p. 5 à n. 56. Couar. lib. 1. var. 17. n. 5. ver. quartu, Re  
buff. de decimis q. 1. à n. 67. Peregr. conf. 7. vol. 1. Ioseph.  
Ludou. Pernfina decis. 10. 6. n. 8. & 9. Anatol.  
Germon. de sacrorum immunitatibus, lib. 3. c. 19. à n. 50.  
Guttier. præt. lib. 1. q. 15. à n. 22. Azor. inst. mord. p. 1.  
lib. 7. c. 6. q. 11. Gilchen. de præscript. p. 3. c. 8. à n. 16.  
Soar. de Relig. lib. 1. de decimis, c. 27. n. 3. Camil. Borrel.  
in summa omnium decis. tit. 19 à n. 49. & conf. 20. cent. 1.  
Monet. de decimis, c. 5. à n. 114. Valasc. de iure emphyl.  
quest. 17. num. 15. Peregrin. de iure fisci, lib. 6. titul. 8.  
num. 18.

Ratio decisionis ea communiter solet assignari,  
quia ius decimandi est spirituale dependens à Sacra  
mentorum administratione, cuius laici omnino  
etiam ex Summi Pontif. dispensatione sunt incapaces.  
Vermi huiusmodi ratio, licet recte concludat  
in iure decimandi spirituali dependente ab admini  
stratione Sacramentorum, adequata tamen non est,  
nec applicari potest decisioni huius text. qui in sua  
generalitate comprehendit etiam decimas titulo  
temporali percipiendas; in d. de his præcipue agere  
videtur, quia credibile non est nobilem virum, de  
quo hic, cum esset laicus, prætendere voluntate ius  
spirituale percipiendi decimas, cuius ex ipsa lege di  
uina incapax esse notatur, nec Pontificiam legem  
casum decidere adeo indubitabilem, contra reg. text.  
in l. quod Lapeo, iureta gloss. 1. ff. de Carboriano edito,  
cum similibus, de quibus add. ēti ab Alph. collect. 8.  
Ex quibus hac videtur communis refutatio, quid  
procedat text. hic in omnibus decimis quoconque  
titulo etiam temporali à laico percipiendis, vt multis  
argumentis ex professo comprobant Bero, conf. 21. à  
n. 18. Couar. & alij, quos refert Guttier. præt. lib. 1.  
q. 16. in priv. & omnes alij, quos plenè adducit Gil  
chen. d. 8. n. 17. & ita omnes lege affirmat, & se  
quuntur Soar. d. cap. 17. num. 1. ex ratione confirmantes  
qua Lateranen. Concil. iuxta communem senten  
tiam simpliciter, & directe prohibet, ne decimas laic  
is quoconque titulo concedantur à Prælatis inferioribus  
in feudum, vel alio titulo temporali: vbi  
autem lex simpliciter aliquid alienare, vel acquirere  
prohibet, prohibita etiam præscriptio censetur, iuxta  
vulgarem allegationem text. in l. vbi lex. ff. de vna  
cap. que licet parum probet, quia non de prohibi  
tione alienationis, sed de prohibitione fluctuationis  
loquitur, vt ex litera constat, & bene considerat  
Pinel. in amb. n. 5. n. 28. C. de bonis maternis, effica  
citer

## 622 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

ceter tamen probatur ex text. in l. si fundus, ff. de fur do dotali, & ex text. capituli in l. alienationis, 28. in princ. ff. verbor. signif. cum multis aliis congregatis à Gabriele lib. 5. commun. it, de prescript. concil. 1. 3. à princ. & Balb. 5. p. 5. q. 4. n. 3. D. Barbol. in l. 1. p. 5. n. 8. ff. solut. maritim. & hanc fructu mentem Doctorum communiter, quod reg. huius text. quæ dum negat laicos decimas prescribere posse, procedat etiam in decimis titulo temporali percipiendis, & ex eo manifestius ostenditur, quia eam regulam limitant, vt non procedat quoad decimas; quas verè, vel presumptiu constat obtentas esse ante Lateran. vel si agatur de prescribente contra Laicum, qui ante Lateran. acquisuerat, vg. ex aliis resolut. Couar. d. n. 5. vers. sed si dubitetur, late Guttier. d. c. 16. vers. his tamen non obstantibus, & multis adductis Gilchen. num. 1. Soar. n. 4. proximā citatis locis, quia cùm eo tempore à Pralatis inferioribus in feundum laicis dari potuisse constiuant, celsat prohibitiō legis, ex qua possesso, vel prescriptio ipsa potius impedit, nihilque repugnat quod ea, quæ ab inferioribus r'laicis in feundum obtineri potuerunt, prescriptione etiam acquiri valeant, iuxta vulgarem æquiparationem prescriptio, & priuilegiū, de qua in cap. super quibusdam, vers. preterea, de verbor. significat. cum aliis, de quibus Balb. 1. part. 5. principalis, n. 53. & plenè Gabr. d. tit. de prescript. concil. 1.

4. Intellige principalem conclusionem, dum habet laicos nulla prescriptio, etiam immemoriali, decimas acquirere posse vt procedat si prescriptio allegetur, vt talis proper defectum possessionis, quæ debet esse civilis, id est, iusta & probata à lege, quod omnes ciuiles effectus, & in materia, de qua agimus, non est legibus simpliciter approbata, sed potius damnata, vt colligitur ex hoc text. Verum si priuilegium Summi Pontif. allegetur, quod solum in hac materia sufficit, & ad eius probationem tempus immemoriale fuerit ostensum, tunc presumptione iuris probato immemoriali tempore, probatur titulus priuilegiū allegatus, cùm enim decima titulo temporali ex concessionē Pont. laico acquiri possint, iustissime presumendum est quod si tot annorum intervallo nemo ipsi questionem mouit, iustum initium habuit possesso, vt per text. in d. cap. super quibusdam, & l. 3. 8. duobus aqua, ff. de aqua quotidiana, multaque alia, explicant Gabriel. d. concil. 1. à n. 44. late Mal. card. de probat. concil. 1. 37. à n. 17. Card. Tusch. tom. 6. lit. F. concil. 50 à n. 4. Ex quibus ad nostrum casum de laico decimas prescribente, vt succumbere debeat, si immemoriale tempus in vim prescriptio allegauerit, & tamen tuendus, si in sua possesso ne priuilegium Romani Pontif. alleget, & in probationem ostendat possessionem temporis immemorialis, docent post alios à se relat. Couar. d. vers. sed si dubitetur. Menoch. de presumpt. 86. num. 4. Guttier. d. c. 14. n. 2. Mench. illustr. cap. 39. num. 7. Gilchen. d. cap. 8. num. 23. Malcard. d. concil. 1. 37. num. 32. Soar. d. cap. 27. num. 4. In quo tamen aduerte, quod committit requiritur ultra tempus immemoriale, quod probetur fama priuilegiū habiti à Romano Pont. vel inferioribus Pralatis ante Concil. Lateranens. ex Bero. cons. 1. num. 15. & Rebuff. d. quæst. 13. n. 6. 9. Menoch. d. presumpt. 86. num. 5. quamvis ab illis recedant Cou. Gilchen. & Soar. proxime citatis locis. Vnde accidente fama priuilegiū, lessi feudi obtenti ante Concil. Lateran. immemoriali prescriptio allegatalai cum tutum esse tenuit Rota Pamphilion. decima, n. 8. Martij. 16. 13. coram Reuerend. D. meo Coccino, & in Toleiana decimarum, 4. Decemb. 1615. coram bone memor. Dunozetto, cum aliis relat. in addit. ad Mo-

vetam de decimis, c. 5. n. 18. in noua edit. vbi ex eadem Toleiana decimarum, & alia Valentina decimarum 21. Iunij 1615; coram Card. Caualerio, tenet solam immemorabilem prescriptio, ut fragari persona Ecclesiastica ad acquirendum ius decimandi.

An autem decimas, quæ iuste, & ex legitima concessione à laicis obtainentur, possit laicus contra laicum prescribere, quæstio est non contemnenda, in qua affirmativa pars vera est, quia per illam legitimam concessionem laici patrimonium, & quadammodo profane, & laicales efficiuntur, ex generali reg. text. in l. Paulus, alias per procuratorem, ff. de aquienda hereditate, c. 1. §. viii, de iure patron. in 6. cum similibus, quibus probatum mutata personæ possidentis conditione, mutari etiam ipsorum bonorum conditionem; quare ita tenent Felin. hic num. 4. & post Callan. Balb. & alios, Mench. d. cap. 89. num. 3. Valasc. de iure emploj. quæst. 17. num. 1. & esse communem testatur, & sequitur Guttier. d. cap. 15. num. 7. qui omnes post Felin. intelligent procedere in decimis, quæ titulo perpetuo feudi, vel simili sunt penes laicos; non ita si ad tempus ei fuerint concessa, atque ita respectu solius iuris ad laicos spectantis, non verò, vt aliquo modo cedat in Ecclesiæ prædicium.

Quæstio tamen est difficultis, an laicus spoliatus iure percipiendi decimas, sit ante omnia restituentur; in qua DD. communiter sub distinctionis fodere sic decidere solent, aut enim laicus restitutio nem petit aduersus Ecclesiam Parochiale, ad quam de iure communis tales decimæ pertinent, iuxta reg. cap. ultimi de paro his, aut aduersus laicum, vel Ecclesiam, ad quam de iure communis non pertinent: in primo casu resoluunt denegandam esse restitucionem laico spoliato ab Ecclesia Parochiali iure decimandi, si non probauerit Summi Pont. concessionem: in secundo vero casu resoluunt laicum spoliatum ante omnia restituiri debere; pro ratione differentiæ considerantes, quia in priori casu ius commune, & eius presumptione est contra laicum spoliatum, & assistit Ecclesia spoliantis, & consequenter denegari debet restitutio, iuxta reg. text. in cap. ad decimas, de restitu. spoliat. lib. 6. in secundo vero, cùm spolianti non affiat, quamvis spoliato restitat, applicari non potest reg. illius text. sed reducimur ad rigorem iuris, de quo in c. in literis, de restit. spoliat. atque ita post Butr. & alios distinguunt Couar. lib. 1. variar. cap. 17. num. 6. Monet. de decimis, cap. 5. n. 8. 2. Mench. d. cap. 89. num. 4. Guttier. canon. lib. 1. cap. 21. n. 7. 4. cum seg. late disputans à n. 7. 2. ultra ea qua tradunt Corral. lib. 2. miscellaneorum, cap. 2 à num. 4. Couar. de fons fal. part. 2. cap. 7. 6. 5. num. 10. Menoch. remed. 1. recuper. m. 366. ex quibus constat communem esse resolutionem, & intellectum text. in dicit. cap. ad decimas, quod procedat duobus illis concurrentibus copulatiue, quod scilet ius commune assistat spolianti, & insimil spoliato restitutio.

*Deineri non possint.* ] Vulgo notatur ad hoc quod qui non potest tem aliquam possidere, nequit eandem prescribere, & sine possessione non datur prescriptio, vt in l. sine possessione, ff. de usucacion. reg. sine possessione, de reg. iuris, lib. 6. & ratio est, quia possesso est de substantia cuiuscumque prescriptio, quippe que sine illa nec sustineri, nec considerari, nec definiti, aut dominari possit prescriptio, vt patet ex l. 3. ff. de usucap. & obseruant Alciat. in l. quinque, num. 62. C. finium regund. & in rub. hoc tit. n. 19. Ferret. d. l. 3. num. 18. sic merito sine possessione prescriptio, non contingere non posse dicit Iureconl. in d. l. sine possessione, vt ita significaret nec incipere, nec progreedi,

# De Præscriptionibus, Tit. XXVI. 623

gredi, nec perfici posse, isthac enim omnia inclu-  
duntur sub verbo, *detinere*, adiecta negatione, idem  
intendit Pontifex in d. reg. & in cap. 3. in fine, de  
probat.

**8** *Quia cùm laici, &c.]* Arg. huius text. pntat Archid.  
in cap. bortamur, 71. dist. Laicos non posse præscribere  
iustipatronatus, quia cùm annexum sit spiritualibus  
antecedenter, dum ex auctoritate Ecclesiæ erigitur  
in ordine ad constitutis ministris spiritualis officijs,  
cap. quanto, de iudicio. de iure, de iurepar. resoluti  
D. Thom. 2.2.q.100.art.4. vtique sicut propter illam  
annexionem non venditur sine crimine simoniae, d.  
cap. de iure, nec à laico iudice discutitur, d.c. quant.,  
sic nec à laico possideri aut præscribi potest, quem  
admodum in decimis probat in text. & in iure eli-  
gendi, quod ad similitudinem iuri patronatus spiri-  
tualibus annexum est, probat cap. Messana, &c. sa-  
crofanta, de elect. sequitur eandem sententiam Abb.  
hic n.4. & in c. querelam, n.7. de electione, & alijs, vt per  
Felin. in præsentis, n.7. & per Roch. de iurepar. verbo  
ipse, vel iùs num. 8.1. & per Bald. de præscript. 1.p.5.n.1.  
in princ.

**9** Contrariam nihilominus sententiam, imo iuspatronatus,  
sicut à laicis possidetur, cap. consultationibus,  
de iureparon. ita ab eisdem præscribi posse latè  
defendit Ioan. Andt. in d. reg. qua alioi gratiosè, de reg.  
iuris lib. 6. vbi expendit d. cap. querelam, & cap. genera-  
li 13. de elect. in sexto, ibi, fundatione, vel antiqua con-  
suetudine, & testatur Nicolann. Quartum Pont. Max.  
ita iudicasse, sequuntur DD. communiter, & praxis  
obseruat, vt per Abb. in d. c. querelam, & alios rela-  
tos à Felin Rocho, & Balb. dist. locis, Couar. in reg.  
possessor, part. 2. §. 10. à num. 2. Roland. conf. 47. num. 32.  
lib. 1. que quidem sententia fatis defenditur, & magis  
recepta est, quia cùm laici mero iure possidere  
valeant iuspatronatus, ne vlla lege prohibeantur  
præscribere, vtique si reliqua concurrent verè præ-  
scribent. Nec aduersatur fundamentum Archid. &  
sequacium, non enim sequitur, iuspatronatus vbi an-  
nexum spiritualibus absque simonia non venditur,  
& causa iuspatronatus non faciliari sed Ecclesiastico  
tanquam iudicio definita; ergo laici sunt incapaci  
es possidendi iuspatronatus; etenim matrimonium,  
& reliqua Ecclesiæ sacramenta sunt spiritualia, qua  
absque simonia vendi non possunt, & iudicio tantum  
Ecclesiastico definitur, & tamen laici capaces sunt  
possidendi, licet iudicare nequeant, quia iudicare est  
de iis, que referuantur potestati, & personis Eccle-  
siasticis referuantur in d. cap. 2. & d. cap. quanto, cum  
vulgaribus. Sic sanè nihil concludit similitudo iuris  
decimandi, & iuris eligendi, quia ius decimandi offi-  
cii spirituali administrandi sacramenta, eligendi ve-  
rè personis Ecclesiasticis in Collegio degentibus re-  
ferratur, d. cap. Messana.

**10** *Nobilem virum.]* Licet in proposito is nobilis reus  
& laicus conueniatur apud iudicem Ecclesiasticum,  
non inde sequitur agi de iure decimandi spirituali,  
vt communis hic existimat: tum quia causa decimandi  
(etiam extra ius decimandi) in plerisque articulis  
contra laicos pertinet ad iudicem Ecclesiasticum,  
iuxta glossam suam 11. q. 3. gloss. 3. in cap. ex tenore, de  
foco competenti. D. D. per text. ibi, cap. peruenit, &  
passim in tie de decimis, & in Clem. 1. de indic. Rebuff.  
de decim. q. 10. Couar. pratt. cap. 35. num. 2. tum etiam,  
quia, vt patet ex præscriptione huius text. causa  
hæc contra laicum agitabant in ciuitate Parmensi,  
que tunc temporis subiecta in temporalibus erat, &  
de patrimonio Ecclesiæ, & ex iis, quæ tradunt D.D.  
vbi Felin. in cap. si diligenti, in princ. hoc tit. ac subin-  
de etiam contra laicum competens esset Pontifex

Max. vt causam meret temporalem per se, vel per  
alium decidere possit.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Præscriptio sola quadraginta annorum admittitur con-  
tra Ecclesiam, & si contra talem præscriptionem  
opponatur interruptio, uterque probabit, & n. 2.*
- 2 *Ecclesia vt contra aliam Ecclesiam præscribat requiri-  
tur tempus 40. annorum.*
- 3 *Subiectio Ecclesiæ Parochialis non inducit minori  
spatio 40. annorum.*
- 4 *Causes de quibus logitur hic text. qui sint, refertur,  
& n. 6. & 7.*
- 5 *Præscriptio quadragenaria requiritur in rebus, quo  
principaliter, non in his, quo secundariò pertinent  
ad Ecclesiam; & in his que sunt Ecclesia quoad  
verum & proprium dominum, vi n. 9. & in rebus  
immobilibus, vt n. 10.*
- 6 *Præscriptio quadragenaria non requiritur in rebus  
Ecclesia mobilibus.*
- 7 *Interruptio non datur in præscriptione immemoriali.*
- 8 *Interruptio quibus modis fiat, ostenditur.*

## C A P. Illud. VIII.

**P**räscriptio sola quadraginta annorum admittitur  
contra Ecclesiam, & si contra talem præscriptionem  
nem opponatur interruptio, ab utraque parte testes  
sunt recipiendi; & si probabitur interruptio, præ-  
scriptio non tenebit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq.  
Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan.  
Hof. Henric. Anchur. Butt. Felin. Bald. Panorm. Guid.  
Pape, Martin. Vran. Alex. de Neuo. Cujac. Viuian. in  
rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 255. Alagona  
in compendio iuris Canonici, pag. 310. & tom. 4. repet.  
super iure Canonico ad secundum librum, Decretalium,  
Petr. Paul. Paris. remissiù Ximen. in concord. part. 1.  
& 2. & nouissimè Ioan. de Valboa vbi suprà, refertur  
ab Anton. Augustin. collect. Decretal. lib. 2. iii. 17.  
cap. 1.

Probat hic text. quadragenariam præscriptionem  
in rebus Ecclesiasticis hodie necessariam esse, & quo  
vide DD. relatios ad cap. de quaria, num. 4. sup. hoc tit.  
Vnde ad hoc, vt Ecclesia contra aliam Ecclesiam  
præscribat, requiritur tempus quadraginta annorum,  
Pute. decis. 2.52. num. 3. lib. 3. Rot. in una Lucana boni-  
rum, i. 1. Decemb. 1609. coram Card. de Marquemont,  
relata per Farin. decis. 208 n. 1. p. recent. vbi n. 6. quod  
præcipit contra Ecclesiam requirit bonam fidem,  
& quod non sufficit quam non esse bona, ne  
malæ fidei. Et quod subiectio Ecclesiæ Parochiali  
alteri Ecclesiæ Parochiali non inducit minori  
spatio 40. annorum, ead. Rot. apud eund. decis. 39. p. 2.  
recent.

*Quidam Cayones.]* Verba hac ex omnium senten-  
tia referuntur ad Canones, de quibus in cap. 1. & 2.  
& cap. sicut cum, seqq. &c. si Sacerdotes 16. q. 3. c. 1. n. 13.  
q. 2. & ita probat hic text. Canones illos, qui olim  
contra Ecclesiasticensiæ præscriptionem admis-  
tebant, iam hodie non procedere, sed abrogari inten-  
tiori, quo sola quadragenaria præscriptio admit-  
titur, id quod passim recipient omnes tam in dictis  
Canon. quam hic, & in cap. 3. vbi Paris. num. 2. & in cap.  
de quaria, vbi Paris. num. 3. hoc tit. gloss. & communis  
in c. 1 n. 6. q. 4. Couar. in reg. possessor. p. 2. §. i. n. 1. & 2.  
vbi reponit veram literam, & intelligentiā d. c. sicur,  
cum seq. que in vulgaris Codicib. corrupte leguntur,  
Verum

## 624 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

**6** Verum hæc communis explicatio, quamvis bene conueniat, cap. 1. & 12. c. placuit 16. q. 3. & cap. 1. n. 13. q. 2. que olim antiquissimis temporibus emanarunt à Concil. Chalcedonien, celebrato prope annum Domini 460. & à Gelasio I. qui vixit prope annum 500. ut constat ex historiis, & colligitur ex post quingen-tos, 16. q. 3. nihilominus tamen non conuenit textui in cap. sicut, & in d. cap. seqq. editis in Conc. Toletan. nec etiam d. cap. si Sacerdotes, in Toletano IX. Constat enim ex chronicis, & historiis Conc. Toletanum IV. fuisse celebratum sub Honorio I. circa annum Domini 630. & Toletanum I. X. sub Martino I. circa annum 650. quo tempore iam era cognita, & sola contra Ecclesiam recepta præscriptio 40. annorum, quan- in dicta authent. hoc confititur, & in autb. Ecclesiastis tit. §. pro temporalib. noui induxerat Iustin. qui imperavit prope annum 330. Et eandem præcepserat S. Greg. I. qui præfuit Ecclesie circa annum 590. in c. volumus, 16. q. 4. quo desumitur ex eod. S. Greg. lib. 1. epist. 9. & in cap. quia indicante, hoc sit. quod falso tribuitur Alexandr. III. I. cùm verè sit Gregorij I. vt refertur tom. 2. Conciliorum, pag. 912. cap. 6. & constat ex eod. D. Greg. lib. 6. epist. 36. vbi verba illius cap. originaliter referuntur.

7 Recenta tamen communi explicatione difficultas resoluta potest fatendo huiusmodi præscriptionem quadragenariam in reb. Ecclesiarum multo ante pre-dicta Concilia Toletana inuentam à Iustiniano in di-ctis autb. sed quia huiusmodi constitutiones solam quadragenariam admittentes, non reperiebantur re-cepta inre Canonico, imo repugnabant Concilij Chalcedonensis antiquissimi, & notissimi, & insuper plerisque Gelasij I. decretis, quibus tricennalem præscriptio contra Ecclesiam indistincte admitebatur, merito Patres in vtroque Toletano congregati illius decretis adhaerentes tricennalem præscriptio-nem contra Ecclesiam præcepunt, quadragenariam verò à Iustin. inueniunt, sed Canonibus contraria reiecerunt. Nec ad rem facit quod iam tem-pore illorum Conciliorum S. Gregorius quadragenariam admiraret, vt patet ex prædictis capitulo, liqui-dem cum Epistola, ex quibus illa capita definiuntur, ad certa quædam loca, & illorum Episcopos directa fuerint, & in volumen iuris redactæ non essent vel probabilitate ignorabantur, vel dubium erat an per illa Gregorius absolute, & generaliter voluerit recedere à sanctissimis decretis Concilij Chalcedonensis, & Gelasij, quem intellectum satis inuant verba huius texti, ibi, volumus te scire, &c. quasi antea id satis scitum & cognitum non esset, nec indistincte teneretur, & nulla inter Canones antiquos, esset cer-ta, & expressa ex Canonica, qua abrogatis Chalcedonensis Concilij, & Gelasij decretis solùm quadra-genariam præscriptionem admitteret. Iis consequens est quod licet Iustinianus, olim in aliquibus casibus contra Ecclesias centum annorum præscriptionem concenserit in d. vlt. C. de sacros. Eccles. quam postea generaliter & indistincte in omnibus feruare voluit, in autb. Et Ecclesia Romana, & tandem vtramque confi-tutionem reuocauit, in autb. hec confitutio innuat, ni-hilominus tamen quamvis ille non renocasset, neu-tria in rebus Ecclesiae erat obseruanda, quia vtraque aduersabatur sacris Canonibus tam antiquis Concil. Chalcedonien, & Gelasij, qui tricennalem, quam alius qui postea iure nouiori quadragenariam præscriptio-nem contra Ecclesiam indistincte receperunt.

**8** Quam quadraginta annorum Romana Ecclesia non ad-mittit. Limita primò hanc regulam procedere tan-tum in rebus, que principaliter, non in his, que se-cundariò pertinent ad Ecclesiam, vt addidi ad gloss.

verbo principaliter in cap. ad audientiam, in fr. hoc tit.

Secundò limita tantammodo locum habere in iis, que sunt Ecclesie quoad verum & propriam domi-niam, pro quibus competit rei vendicatio, fecus ve-rò si sint illius, ratione quasi dominij, pro quibus publiciana conceditur, sufficeret enim in iis tempus ordinatum, ex Bald. in l. sive auem, §. si duobus, ff. de publiciana. Angel. Inol. & aliis in vscacionem, ff. de vscacione. probat communis ex Ias. in l. vlt. num. 13. & in aust. quas, n. 3. C. de sacros. Eccles. Balb. post Corn. & alios de prescript. 1. p. 5. n. 14.

Tertiò limita obtineri tantum in rebus immobi-libus, & in iis, que iuris censura tales intelliguntur, in quibus contra priuatos requiriuntur præscriptio decem, vel plurium annorum, siquidem in his etiam requiriuntur quadragenaria contra Ecclesiam, & de iis tantammodo agunt text. in presenti, cap. ad aures, & cap. de quarta, hoc tit. cum aliis. His consequens est quadragenaria præscriptionem non requiri in rebus Ecclesie mobilibus, quamvis aliqui contrarium teneant, quorum sententiam falsò dicit communem post Lignanum Bellam. hic num. 2. vel fortasse erat communis suo tempore, sed non hodie. Consequens itidem est actiones temporales, que à lege ad ce-tum breue tempus tantummodo sunt instituta, & contra priuatos ante decennium finiuntur, vt est actio redi-bitoria, quanto minoris, prætoria, cum similibus, de quibus in tit. de adl. ed. elo. & l. 2. C. de adl. action. & in princip. Inst. de per pet. & temporalib. contra Ec-clesiam eodem breui tempore finiri, nec requiri anni nos 40. vt intendit text. in d. autb. hec constitutio, ante fin. ibi, n. 2. penitus, gloss. verbo, durabitibus, in d. autb. quas actiones, vbi post alios Ias. num. 4. obseruant Abb. num. 9. vbi Burg. n. 5. 7. in c. cum causam, de empi. dicentes id maxime notandum ad limitationem tories ferre huius tit. Felin. in cap. de quarta, in fine, Carlet. in sing. præscriptio 2. Balb. de prescript. 1. p. 5. à n. 12.

**9** Interrupcionem. ] Aduerte in præscriptione imme-12 moriali non dari interruptionem, prout subtiliter resoluunt Oldrad. conf. 224. Corn. & alij, quos refert & sequitur Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 47. Ioan. Garc. de expensis, cap. 10. num. 3. 5. expendens le-gem Hispaniae, que satis id intendit. Valde autem controversum est an superuenienti tituli defectus interrupcat præscriptionem cum illo antea inchata-mate quo agunt Bart. in l. naturaliter, n. 6. ff. de vscap. vbi Paul. Roman. Claud. & alij. Annib. à num. 48. Ferret. in l. 3. à num. 4. 5. ff. de vscacion. Abb. num. 10. Paris. 1. 5. cum alis in presenti, Salicet. in l. cùm mafissimi, n. 18. C. de præscript. 30. post alios Balb. de præscript. 3. p. 6. n. 32.

In gloss. Interrupcio, ibi, nota quod interruptio fit plus 13 ribus modis, &c. de quibus vide Balb. de præscript. 3. part. 6. principalis à princ. Boër. decis. 33. 1. n. 2. Monetam de decimis, cap. 5. num. 1. 2. vers. hec præscriptio, in nova editione, vbi ex Rota decis. probat præscriptionem interrupci per protestationes extra iudiciales, si sunt aptæ inducere malam fidem, & per item introduc- etiam coram iudice laico, etiam nulli sit, qui a reus constitutur in mala fide, etiam coram iudice incom-pete. Et quod præscriptio dicatur incorrupta per motionem litis, Rota apud Farin. decis. 2. 8. num. 4. part. 1. recent. si fuerit iam perfecta, non interrum-pitur per item postea moram, ead. Rota decis. 44. 5. n. 9. & 10. d. part. 1. nec etiam interrumptur per item terminatam ad fauorem possessoris, ead. Rot. decis. 2. 8. 5. num. 1. part. 1. recentiorum, quando enim item inten-tans succubuit, per eam præscriptio non interrum-pitur, ead. Rot. decis. 7. 2. 6. num. 8. d. part. 2. recent. vbi etiam quod nec interrumptur per oppositionem factam

# De Præscriptionibus, Tit.XXVI. 625

factam per viam oppositionis, per executionem tam  
men monitorij censetur interrupta, ead. Rot. decisi. 9.  
n. 3. d. p. 2. recent. vide ad c. 2. de ordine cogn.

## C A P. Quia indicante. IX.

**F**ines prædiorum Ecclesiasticorum præscribuntur  
spatio quadraginta annorum, & quæstio de fini-  
bus est terminanda in præsentia iudicium. Colligunt  
ex Ordinari. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam.  
Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anch. Butr. Bald.  
Panormit. Guid. Papæ, Henric. Felin. Martin.  
Vran. Alex. de Neu. Cujac. Vinian. in rationali se-  
cundi libri iuris Pontif. pag. 255. Alagona in compen-  
dio iuris Canon. pag. 311. & tom. 4. repet. super iure  
Canon. ad librum secundum Decretal. Petr. Paul. Paris.  
remissiu. Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Ang.  
collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 17. c. 2. Text. hic non est Ale-  
xandri I I. cuius sunt capita precedencia, sed Gre-  
gorij I. ad Syracusanum Episcopum, vt constat ex  
originali tom. 2. Concil. pag. 912. inter acta eiusdem  
Alex. tit. de prescript. c. 6.

**H**anc eadem concil. ex hoc text. desumunt Syllo-  
verbo, prescriptio 2. q. 6. Balb. de prescript. 1. p. 6 n. 8. ver-  
decim. Molina de iustitia, tract. 2. dist. 79. Menoch.  
conf. 21. n. 2. & conf. 147. n. 44. Valent. tom. 3. disput. 5.  
q. 6. punt. 5. dub. 3. Sayr. in clavi Regia, lib. 9. c. 12. n. 7.  
Quod vero text. hic agat de finibus prædiorum, fua-  
detur tum ex verbo agrimensorum, quod propriæ ad  
prædia referunt, iuxta t. t. ff. si manov. fall. tum etiæ,  
quia text. agit de Abbatibus, nec proponit eosdem  
habuisse diccesim, aut parochiam, de cuius finibus  
quæstio mota videatur; & tandem quia in originali  
suprà relato statim in initio proponit text. conten-  
tionem hanc fuisse super rebus temporalibus. Igitur  
non de finibus prouinciae, diœcesis, seu parochiæ,  
sed prædiorum ad Ecclesiæ spectantium agebatur.  
Non obstat quod in finibus prouinciarum, seu pa-  
rochiarum non admittitur prescriptio, cap. super eo,  
penult. de parochiæ, ac proinde nec in finibus prædiorum  
admittenda videbatur, refellitar enim ex addi-  
tis ad d. cap. super eo.

## S V M M A R I V M .

1. Hostilitatis tempore non currit prescriptio, & nu-  
mero 5.
2. Matrix Ecclesia quæ dicatur, remissio.
3. Prescriptio dormit hostilitatis, schismatis, & pestis  
tempore.
4. Prescriptio quomodo dicatur ipso iure currere contrâ  
eos, qui non iure, sed facto aliquo impediun-  
tur.
5. Prescriptio non currit cuilibet impedito.

## C A P. Ex transmissa. X.

### L u c . III.

**H**ostilitatis tempore non currit prescriptio, &  
sic decimæ interim acceptæ sunt restituenda.  
Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innoc. Collect.  
Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch.  
Butr. Bald. Panormit. Henric. Felin. Dec. Mantua. Guid.  
Papæ. Martin. Vran. Alex. de Neu. Vinian. in ratione  
secundi libri iuris Pontif. pag. 256. Alagona in compendio

Tom. I.

iuris Canon. pag. 311. & tom. 4. repet. super iure Ca-  
nonico ad secundum librum Decretalum, Petr. Paul. Pa-  
ris. remissio Ximen. in concord. p. 1. & 2. & nonissime  
Ioan. de Valboa vbi sup. refertur ab Anton. August.  
collect. 2. Decret. lib. 3. sub tit. de capillis Monachorum,  
cap. 1.

*Matrici Ecclesie.] Quæ dicatur, dixi ad cap. ex par-  
te, p. 12 n. 5. suprà de prescriptis.*

*N*on currere.] Igitur interim dormit ipso iure præ-  
scriptio, idem probat cap. prima actione, 1. q. 3. cum  
cap. sequenti, & id ipsum de tempore schismatis pro-  
bat cap. clem nobis, hoc tit. Gratian. in cap. si Sacerdotes,  
vers. item 16 q. 3. tradunt multis explicantes Abb. &  
communis hic Barthol. n. 23. & 26. in l. naturaliter, ff.  
de usucap. Balb. de prescript. 2. p. 6. à n. 3. Paris. co. s. 10. à  
n. 143. lib. 1. post alios Rebuff. de pacificis possessor. à  
n. 501. Ripa de peste 2. part. principali à r. 121. Ro-  
land conf. 79. n. 30. & conf. 81. num. 16. cum sequenti-  
bus, lib. 1. idem resolentes circa tempus pestis,  
quasi tunc sit bellum inter Deum & homines, exi-  
lij, captiuitatis, & similius, tradit decisi. Pedemont.  
177. num. 5. vbi idem concludit in tempore, quo  
per trengam, & indicias bellum hinc inde remitti-  
tur. Sed obstat maximè quod impedimentum pro-  
ueniens ex bello, schismate, & prædictis similibus  
non est impedimentum iuris, sed facti, quia non  
lex, sed factum impedit tunc in iudicio agere, &  
lites exercere, ac subinde præscriptionem iure cur-  
rere debet, quamvis contra illam ex insta causa de-  
tur restitutio, iuxta l. & Atuicinus, ff. de seruitutib-  
us rusticorum cum similibus, ita in specie obseruat  
Annib. in d. l. naturaliter, num. 294. Et 302. intel-  
ligent text. in præsenti, & in d. cap. cum nobis, pro-  
cedere impetrata prius restitutio contra præcri-  
ptionis cursum. Verum huic intellectui refragan-  
tibus verba huins text. ibi, non currere, & in d. cap. cum  
nobis, ibi, cursus præscriptionis impedire, in quibus  
apertè dicitur præscriptionem in his terminis ipso  
iure, & ita secluso omni restitutio beneficio non  
currere. Nec item satisfacit resolutio communis  
Bart. abi suprà, & omnium ibi, & in locis preciatis,  
secundum quos hic text. & similes procedunt vbi  
tempore belli, & schismatis graffanti non redditur  
ius partibus, & cessant omnino iudicia, ita quod  
iuris potius, quam facti impedimentum substat.  
Nec etiam placet aliorum intellectus, quos refert  
Pinel. in amb. msi. num. 47. qui putant distinctionem  
& differentiam illam impedimenti iuris & facti  
tantum procedere atento iure Civili, non autem  
attento iure Pontificio, quo inspecto prescriptio  
non procedit ipso iure, sed dormit interim dum  
vel etiam impedimentum facti perdurat, & ita in-  
telligent text. in præsenti, & d. cap. cum nobis. Nec  
denique difficultates absoluti quod aliis videtur, &  
satis intendunt Abb. hic, num. 13. ad finem, Felin. n. 8.  
Boër. decisi. 40. num. 3. Pinel. vbi suprà, num. 43. am-  
pliar. 2. & num. 47. col. 2. scilicet in specie huins text.  
& d. cap. cum nobis, impedimentum facti æquiparari  
impeditum iuris, & illud facti hoc stante præ-  
scriptione dormire, quia iure causum reperitur ut in  
iis casibus speciatim iure expressis limitetur prædi-  
cta differentia communis collecta ex d. l. & Atuici-  
nus, cum aliis.

*Vnde probabiliter dici potest communem illam  
traditionem, que docet præscriptionem ipso iure  
currere contra eos, qui non iure, sed facto aliquo  
impediuntur, locum non habere vbi hiuusmodi facti  
impedimentum commune, seu generale est, & ut  
tale notiorum omnibus, tunc enim perinde ac si esset  
impedimentum, iuris præscriptio impeditur ipso*

G g iure,

## 626 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

iure nec est necessaria restitutio, & in his terminis procedere text. in præsenti, & d. cap. cum à nobis, cum similibus. Licet namque differant impedimentum iuris, & facti, vbi hoc particulare est contra aliquem, & à probatione pender, nihilominus tamen generale, seu commune, & insinu notarium quod omnibus proponitur, perinde ac iuris impedimentum indicabitur, & lex ipsa per se occurrens, absque aliqua restituzione præscriptionem impedit, & iuxta hunc sensum intelligi potest opinio Abb. d. n. 13. & aliorum quos suprà proximè citauit, vt scilicet impedimentum facti & iuris sequuntur in specie huius text. d. cap. tua nobis, quia in iis incibus facti impedimentum ex bello & schismate proveniens generale est, & notorium omnibus. Vnde i parem termini proponantur, idem dicendum est in quibus alio simili, putat peccatis, in reliquo autem impeditus facti, quae neque generalia, neque notoria sunt, procedit communis differentia, quae norabitis ad ea, quae predicti Doctores resoluunt circa præscriptionem contra eos, qui in captivitate exilio, vel carcere detentis sunt.

*Prescriptione hostilitatis tempore. &c.]* Notatur ad hoc quod hostilitas tempore durante non erit præscriptio, vt per Cosm. in pragmaticis sanctionum, tit. de pacificis possess. fol. 66. vers. hostilitatis, Menoch. conf. 26. n. 22. bene Rebuff. de pacificis possess. n. 10. vbi etiam extendit, siue una die durauerit hostilitas, siue pluribus annis, & n. 30. etiam ampliat, ne dum tempore durante belli, sed etiam post, quia contra populum hostilitate destructum & bello non currit præscriptio, prout etiam cuilibet alij impedito non currit, vt docent Pinel. in auct. n. 1. & 42. C. de bonis matern. Flamin. de resig. benef. lib. 1. q. 1. n. 11. Sic etiam peccatis impedit præscriptionem, Roland. conf. 8. n. 8. vol. 1. Rebuff. d. trati. de pacificis possess. n. 30. Malcard. de probat. concl. 7. n. 11. cum seqq. Flamini. d. q. 13. n. 66.

### S V M M A R I V M.

- 1 Procurations que debentur Legatis, & Nuntiis Apost. Sedis præscribi non possunt, & n. 2.
- 2 Priuilegium & præscriptio an, & quando equiparentur ostenditur.
- 3 Canonici Ecclesiæ maioris in aliis partibus dicuntur ordinarij.
- 4 Præscriptio, per quam una pars Cleri in maiusculum alterius eximitur ab onere procurations, non valeat.
- 5 Immunitate alieni concessa à Principe unus exempti accrescit alii, præcipue quando fuit concessa ob publicam utilitatem.

### C A P. Accedentes. XI.

#### Innōc. III.

*P*rocurations que debentur Legatis, & Nuntiis Sedis Apost. non possunt præscribi, possunt tamen remitti ex priuilegio speciali. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiqu. Innōc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Butr. Bald. De Panorm. Felin. Guid. Papæ. Martin. Vran. Alex. de Nevo, Cujac. Viulan. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 256. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 311. & tom. 4. repet. super iure Canonico ad secundum librum Decret. Petr. Paul. Paris. remissiu. Ximen. in con-

cord. p. 1. & 2. referuntur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 17. c. 1.

Probat hic text. Legatis, seu Nuntiis, Visitatori bus Apost. qui mituntur ad visitandas alienas parochias esse prouidendum de procuratione, qua nullo vñquam tempore præscribi potest, vt per Abb. conf. 26. Beller. disquisit. cleric. p. 1. sit. de clericis debitoribus, §. 11. num. 12. & 14. vide dicta ad cap. cum ex officiis, infra hoc sit. & ita colligitur ex hoc text. aduersus procurationem, quæ Legatis Apostolicis iure debetur, non admitti præscriptionem, similis text. in cap. cum instantia, de censibus, utrobique notans Doctores, gloss. verbo exemptione in Clement. I. illo. tit. & passim alibi. Ratio est, quia in legationibus Sedis Apost. vertitur utilitas publica omnium Ecclesiarum, & agitur de recognitione subiecctionis, & compensatione, sollicitudinis, quam omnes Ecclesiae debent Apostolicæ Sedi, quæ aliunde non potest commode suos Legatos sustentare, ac subinde ne legationes impediantur, merito ab omnibus Ecclesias procurations per solvantur, vt intendit hic text. ibi, quod omnibus imminet, &c. nec potest aliquis excusari præscriptione, quæ in iis terminis prohibetur in præiudicium Sedis Apost. quam rationem satis expressit Pontifex in d. cap. cum instantia, in fine principij, obseruant Abb. num. 5. Guid. & alij in præsenti, Felin. p. 6. Non obstat quod priuilegium & præscriptio æquiparantur ita vt ea quæ possint priuilegio acquiri, acquirantur etiam præscriptione cap. super quibusdam, vers. preterea, de verb. signif. sed priuilegio quis valet exami à procuratione, vt text. in præsenti habet & d. cap. cum instantia, ergo à præscriptione, quia reiecta repotitione Butt. Abb. num. 3. & aliorum hic Paris. num. 6. & 12. ad med. & eiusdem Abb. d. conf. 94. n. 2. lib. 1. dicendum præscriptionem æquiparari priuilegio, vbi præscribitur cum scientia Principis, qui priuilegium potuit concedere, arg. l. alienationis 28. vers. viii. et. 1. ff. de verb. signif. æquiparationem tamen non habere locum vbi præscribitur ignorante Principe, sed admitti priuilegiū, licet præscriptio improbat, & procedere text. in præsenti, resp. ex mente aliorum dici posse præscriptionem, & priuilegium æquiparari in iis, in quibus præscriptio speciatim non repertur prohibita, & ita procedere d. vers. præterea, & iura familia; vbi vero præscriptio speciatim prohibita est, vt hic, admittetur priuilegium, quia est actus emanans à superiori cum causa cognitione, in quo prohibito locum non habet, non tamen admittetur præscriptio, quippe quæ contra prohibitionem non subsistit, iuxta, non dubium, C. de legib.

Ordinarij. ] Idei, Canonici Ecclesiæ maioris, qui in locis, de quibus hic agitur, sic appellantur, sicut & alij Cardinales dicuntur, vt per Abb. num. 2. & omnes in præsenti, gloss. verbo Romana, & Doctores in Clement. 1. de celebrat. Miss. Nec obstat quod onus solvendi procurationem Legatis Apost. incumbit tantum Ecclesiis, d. cap. cum instantia, & constat Canonicos non habere Ecclesiæ, argument. cap. vii. de præbendis, cum aliis, quia respondetur, vt per Abb. num. 4. Felin. num. 6. ad finem, Paris. num. 10. in præsenti. Vel planiū dici potest in d. cap. cum instantia, per Ecclesiæ intelligi non tantum Prałatos, qui eadē obtinent, sed etiam omnes beneficiarios, qui cum Prałatis, veluti membra cum suo capite corpus, seu collegium constituant, cap. relatum 12. de testam. cum aliis.

*Subsidium impartiri.*] Petebant ergo Clerici, vt Canonici pro parte contribuerent in procuratione Legatorum, à qua contributione contendebant Canonici se præscriptione exemptos, & ita non erat que-

# De Præscriptionibus , Tit. XXVI . 627

flō inter Legatos, & Canonicos , sed inter Canonicos , & Clerum , & nihilominus Pontifex in iis terminis præscriptionem improbat ; vnde aperte probat hic text. non valere præscriptionem per quam vna pars Cleri in præiudicium alterius eximitur ab onere procreationis , de quo hic , itavt pars reliqua ad integrum procreationem , teneatur , vt obseruantur Felin. num. 6. ante finem , post Zabar. in presenti , & Doctores in d. cap. cum instantia , quæ sententia suadetur ex verbis huius text. ibi , omnibus imminet ab omnibus , &c. d. cap. cum instantia , ibi , nullam habere volumus excusatam , quamvis contradicat Ioan. de Lign. & alij hic , vt per Felin. d. num. 6. verificaverunt , Abb. conf. 9. 4. num. 2. lib. 1 & conf. 27. num. 5. lib. 2. Felin. in cap. cum ex officiis num. 11. hoc t. t. Marian. de visitat. n. 50. Bern. reg. 604 limit. 2.

<sup>6</sup> Per speciale priuilegium , &c.] Notatur ad hoc quod immunitate aliqui concessa à principe omnis exempti accrescit alii , præcipue quando fuit concessa ob publicam utilitatem , vt per Surd. de alimento tit. 8. priuile. 18. n. 13. utrum autem ea , quæ consistunt in mera voluntate præscribi possint , vide per Couar. lib. 1. var. c. 9. n. 1. & 2. Tiraq. de retrahitu tit. 1. §. 1. gloss. 2. n. 21. Menoch. de arbitriu casu 44. à n. 6. & conf. 147. n. 3. Mench. controv. s. frequent. c. 4. n. 9. Cald. Pereira de renewas empby. q. 15. n. 42. Gonza. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 6. n. 36. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 88. n. 15. & c. 1. c. 89. à n. 15. Aloys. Ricc. in collect. decisi. p. 5. collect. 1293. Card. Tuschi. liu. O. concl. 537. Moneta de optione canon. c. 8. n. 21.

## S V M M A R I V M .

- 1 Subditus non præscribit obedientiam contra Prelatum.
- 2 Privatus nunquam præscribit aduersus Principem in his , quæ concernunt obedientiam , superioritatem , & subjectionem .
- 4 Membra regulantur à capite .
- 5 Edictum de rebus præscriptibilibus est prohibitorum .

## C A P . Cūm non liceat . XII .

<sup>1</sup> Vbditus non præscribit obedientiam cōtra P̄x-slatum . Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Irinoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Holt. Hentic. Anch. Butr. Bald. Panorm. Quid. Papæ. Martin. Vran. Alex. de Nevo , Cujac. Viuijan. in rationali 2. libri iuria Ponif. pag. 256. Alagona in compend. iuriis Canon. pag. 311. & tom. 4. repet. super iure Canon. ad libr. secundum Decret. Petr. Paul. Paril. remissiu Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 17. cap. 2.

<sup>2</sup> In superscript. text. ibi , Idem de Costa , & de sancto Donato Prioribus . Imo dicendum est , Idem de Costa , & de sancto Torquato , &c. duo hæc monasteria in diocese Bracharen. sunt propè Vimaranum oppidum patriam meam , illud hodie tenet Congregatio Religiosissimæ familiae D. Hieronymi in Hispaniarum partibus communiter nuncupata , hoc vero de S. Torquato est annexum Capitulo insignis Collegiate Vimaranensis .

<sup>3</sup> Probat hic text. quod in his , quæ concernunt obedientiam ; superioritatem , præminentiam , & subjectionem , privatus nunquam præscribit aduersus Principem suum , vt per Peregr. de iure fisci , lib. 6. tit. 8. num. 9. nullus enim superioritatis ius contra Principem præscribere potest , vt per Kirch. tom. 1. commun. opinion. lib. 7. tit. 2. num. 13. pag. 2. 31. Flores

To n. 1.

de Mena var. lib. 2. q. 21. n. 135. qui suprema Principiis potestas est impræscribibilis , Matien. lib. 1. gloss. 10. n. 10. tit. 10. lib. 5. nona recop. Cabed. Lufit. decisi. 40. n. 8. p. 2. Verum contra Principem temporalem potest. Due præscribere , ne in superiorum eum recognoscatur , de quo vide Couar. in reg. passifor. p. 1. §. 2. n. 8. vers. ex huc , quem refert Henrig. in sum. lib. 7. c. 14. §. 6. in comment. lit. Q.

Vnde ex hoc text. expresse colligitur obedientia , & reverentia Episcopis , & Prelatis , ac aliis quibuscumque superioribus legitimis debitam præscribi non esse , vt per gloss. vlt. in præsentि , gloss. 4. in cap. auditis in fin. hoc tit. gloss. vlt. in c. ciam inter , de consig. verbo coniunctio in c. 2. de pan. dist. 6. Aretin. Alex. & Ial. in l. 1. , qui putat , n. 9. de acquir. bared. latè Balb. de præscript. 1. p. 5. & n. 91. Iuvat efficax ratio , nam omnis illa præscriptio prohibetur , qua iuri publico nocet , & confusionem , ac inordinationem continet , iuxta l. vlt. ff. de usu cap. l. viam publicam , ff. de via publ. l. præscriptio , C. de operib. publ. c. l. & c. in principiis , confusio nascetur , 16. q. 3. constat autem præscriptionem prædictam obedientia extinguentem nocere iuri , & bono publico quod in subditoru obedientia consistit , c. vlt. vers. obedientia 8. q. 1. insuper continere confusionem dum membrum suo capiti non obtemperat ; sicut in merito in hoc text. talis præscriptio prohibetur . Non obstat quod iura episcopalia possint præscribi , iuxta cap. cum olim , c. auditi , i. vlt. tit. inter quæ communitatur obedientia , cap. conquerente , de officiis ordin. Resp. enim verum quidem esse iura Episcopalia ut plurimum præscribi posse , non tamē omnia quia excipiuntur nonnulla speciatim iure prohibita , in quibus (specialiter) bonum publicum & gravissimum Reip. præiudicium ita suaderet : vnde licet subditu præscribere possint exemptionem à nonnullis oneribus , in quibus Episcopo subiiciuntur , iuxta d. eosim. & d. cap. audita , nihilominus tamen non possint præscribere exemptionem ab obedientia ex rationibus , de quibus iupr. Nec etiam obstat c. cum olim ad fin. vers. quia vero , ibi , alias etiam cesariis , de priuile. vbi probatur cessantibus priuilegiis omnibus Sedis Apost. potuisse monasterium , de quo ibi præscribere exemptionem , & obedientiam Episcopo debitam , quia resp. illum text. procedere , & intelligi debere de illa præscriptione per quam obedientia ab Episcopo transferunt ad Romanam Ecclesiam , cui se monasterium subiecerat ; at vero text. in præsenti agere de præscriptione , per quam obedientia debita Episcopo in totum extinguitur , & ad alium non transfertur . Ratio huius concordatiae est , quia ubi obedientia in totu per præscriptionem extinguitur , verū est subditum manere acephalum , id est fine capite , contra cap. nulla 9. dsl. & in eo verificatur verba huius text. in princ. at vero quando obedientia alij acquiritur , propriè loquendo subditus non præscribit obedientia , quā non extinguit , sed alius in subditis illam præscribit contra Episcopum , ac subinde non manet acephalus , nec abfoliūtē recedit à capite , quia recognoscit aliud loco Episcopi .

<sup>4</sup> Non liceat à capite membra discedere . Membra enim regulantur à capite , & eius natura esse præsumuntur , enī est caput , Menoch. conf. 148. num. 1. & membra mystica debent diligere , & obsequi capiti & ab eo non discedere , Rebust. in praxi beneficiali tit. de constitut. in gloss. capiti , pag. 522. Caput enim est pars dominans corpori , & ideo qui caput gubernat , debet esse careris , qui corpora regunt , excellentior . Callian. in catalogo gloria mundi , part. 5. consider. 26. Iacob. Valdes. in dignitate Regum Hispanie , cap. 4. n. 1. Vnde Felin. in presenti num. 2. firmat quod dum Capitulare Ecclesiæ majoris inuitatur ad aliquas functiones .

G g 2 præce

## 628 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

p̄cedere debet alios Canonicos, & prelatos inferiores, etiam in propriis Ecclesiis, sequuntur Henric. Bott. de synodo, p. 3. n. 27. Boët. in tract. magni consilij n. 79. Gonzal. Mendez de Vasconcellos diuers. iuris arg. lib. I. c. 1. n. 3. vers. quibus consequens, Gratian. discept. forens. c. 11. n. 11.

In gloss. Non obstante. Dum hæc glōss. & similis in cap. clericī 16. q. 3. enumerant quædam res in quib⁹ præscriptio prohibetur, satis significant editiū de rebus prescriptibilis esse prohibitorum quarundam rerum, itav. omnes, quæ sunt in commercio prescribi possunt, nisi iure aliquo prohibite reperiuntur, & attendunt text. in L. vñscap. 9. ff. de vñscap. l. omnes, l. sicut C. de prescript. 30. obseruant in specie Socin. cons. 47. n. 15. lib. 3. Tiraq. de iure primog. q. 30. in princip. & ante illos glōss. 4. in fin. vñscap. C. de feudis li- mitroph. lib. 11. sic similiter editiū de personis prescribentibus, hoc est, de iis, quæ prescribere possunt, prohibitorum est, ut omnes admittantur, qui non reperiuntur iure prohibiti, ut probat l. 4. verific. vñscapere, ff. de vñscap. resolutu Host. in fam. bñus tit. verific. possit vñscapere, & paſſim Summiste, intendit gloss. hac verific. item quadam, & d. cap. clericī in princip. quæ tamen non aduentur personas, de quib⁹ agunt, non prescribere ex defec̄t. possehoni necessaria, non vero ex aliqua iuri prohibitione. Sic tandem editiū de iis contra quos prescribitur, prohibitorum est, itava contra omnes prescribi possit exceptis iure prohibitis, ut deducitur ex d. l. omnes, verific. nullum ibi, quacunq; causa, vel persona, & ex reg. in l. fraudem 16. in fin. ff. de militari testam. inserviant gloss. hic, & in d. cap. clericī, dum speciatim agunt de pupillo, & aliis, contra quos præscriptio iure prohibetur.

### S V M M A R I V M.

- 1 Prescriptio centenaria sola currit in iuribus ad Romanam Ecclesiam spectantibus.
- 2 Libri censuales Ecclesie, vel alterius loci probant canonis præstitionem, & possessionem, & an probent dominium, ostendit.
- 3 Instrumentum, vel scriptura ex archivio publico pro-lata testimonium publicum habet.
- 4 Presumptio pro notariis in dubio sit.
- 5 Aduersus Romanam Ecclesiam non prescribitur minore tempore quam centum annorum.
- 6 Emphyteusis Ecclesiastica, aut fœdum Ecclesiasticum prescribitur aduersus priuatum emphyteutam, aut fœdaturum spatio ordinario.
- 7 Regalia iura quævis aduersus Regem prescribi non possunt prescribi tamen possunt per unum donatum aduersus alterum.

### C A P. Ad audientiam. XIII.

Prescriptio centenaria sola currit in iuribus ad Romanam Ecclesiam spectantibus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoffens. Henric. Butr. Bald. Anchār. Panormitan. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neno, Cujac. Viulan. in rationali secundi libri iuri Pontif. pag. 257. Alagona in compendio iuri Canon. pag. 312. & tom. 4. repet. super iure Canon. ad librum secundum Decretal. Petr. Paul. Paril. remissuē Caf. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. nonissimè Ioan. de Valboa vbi sup. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 17. c. 3.

*Libri censualem, &c.]* Libri enim censuales Ecclæsiæ, vel alterius loci probant canonis præstitionem, possessionem, & consequenter dominium rerum ad Ecclesiam, vel alium locum pertinentium, vide Roman. consil. 127. in princ. verific. ad hoc autem respondetur, Boët. decis. 155. num. 11. Rot. decis. 195. n. 2. part. 1. recent. & fuit dictum in Leodien. modiorum spolia 22. Maij 1628. coram R. P. D. Valdo iun. Bellac. tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 9. n. 186. pag. 48. vbi Richard. num. 187. dicitquod liber censialis alicuius Monasterij, vel Ecclesiæ non probat, nec possessionem, nec dominium eius rei, qua in tali libro dicitur reddituria, non potest fieri condemnatio virtute d. libri, ac redditum in eo memoratum, vide tamen Bonacol. d. tom. 1. lib. 1. tit. 1. num. 43. pag. 12. Maſcard. de probat. concl. 543. vbi quod dominium Ecclesiæ probant per librum censualem si pro publico, & authentico, vel din tamquam talis habitus est, vel si agatur de parvo praedictio, vel si confusudo, ut ipsi fides habeatur, de quo Avendan. de exequenda mandata, part. 1. cap. 21. num. 12. Curia Philip. part. 2. cap. 8. num. 12. vbi etiam resolut, quod per libros archivij publici probantur census, redditus, & præstationes; scriptoræ enim reperta in archivio publico, licet non habeant solemnitates, plenè probant, ut per Ozaf. Pedem. decis. 69. à num. 2. Farinac. consil. 189 num. 11. Sebaſt. Guaz. in tract. de pace, q. 23. num. 16. part. 1. & alios plures, quos nonē refert Hieron. Buccaron. de differentiis inter iudicia civilia, & criminalia, differ. 84. num. 2. Nicol. Gen. in tract. de scriptis priuatis, lib. 5. quæſt. 3. in dub. 2. & lib. 5. in princip. nonē Octau. Glorit. ref. 10. num. 67. Quid antem libri Ecclesiæ antiqui propter eorum antiquitatem probent pro ipfa Ecclesiæ, docent Maſcard. conclus. 973. numero 57. Gnttier. consil. 6. num. 6. Et quod libri capitulares cum sine tenui & rogati per secretarium Capituli, qui est notarius, probant ac fidem faciunt, Rot. in Burgen. quinderiorum 8. Martij 1589. coram Rita, & in Burgen. expensarum 3. Ianuarii coram R. P. D. Merlino.

*De Camera B. Petri suscepere.]* Scriptura enim, vel instrumentum, quod ex archivio publico probatur testimonium publicum habet, ut latè docet Pet. p. 2. decis. 440. & 451. Ioseph. Ludouic. Petrusna decis. 115. à num. 119. Ranchin. part. 4. concl. 274. Vezin. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 11. n. 104. vbi Bellacom. num. 299. & Soar. num. 308. Valafc. de iure imphy. quæſt. 6. n. 2. vers. rursus, Maſcard. de probat. concl. 111. n. 9. & 30. & conclus. 711. n. 61. & conclus. 973. num. 50. Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 13. Cardof. in præci. indicum, verbo, instrumentum, n. 7. Cald. Percira in l. si curatorem, verbo, minoribus, n. 28. & de empt. c. 21. n. 19. & 12. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 582. Alex. Trentacing. variar. resolut. lib. 2. tit. do tide instrumentorum resolute. Quarant. in summa Ballari. verbo, archinus.

*Nec credentes ipsum scribanum, &c.]* Notatur ad 4 hoc quid in dubio præsumitur pro notariis, ut per Flamin. de resign. lit. 8. quæſt. vñscap. num. 50. & lib. 9. quæſt. 21. num. 8. vbi num. 9. quid præsumptio pro illis est rectè agere, quæ suo incumbit muneri, & officio, de quo etiam Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 76. n. 1.

Vnde si testis examinatus à notario neget se de posuisse sicut notarius scriptit, magis creditur notatio, quam testi, ut per Boss. in præc. crimin. tit. de falsis, num. 16. Clat. de falsum, num. 1. vers. posset testis, & §. fin. quæſt. 59. vers. quintus est causus, Menoch. de præsumpt. lib. 2. præc. 79. num. 14. vers. intenditur tertio Pacian. de probat. lib. 2. cap. 47. num. 56. Maſcard. cod. p. 582.

# De Præscriptionibus, Tit. XXVI. 629

era. et. concl. 194. sub n. 7. & 8. Fatin. de falsis. & simulat. quæst. 1. § 8. num. 187. quos refert, & sequitur Buccare. de different. inter indicia civil. & crimin. different. 69. num. 1. vbi intelligit in civilibus. Si vero queratur an testis ob dictum notarii, vel è contra notarium ob contradictionem testis, possit de falso puniri? & tunc neutri fidem adhibendam esse voluerunt Grammat. decisi. 30. num. 11. Clar. §. fin. quæst. 53. vers. quintus est casus. Mascard. de probat. concl. 109. §. num. 7. Anton. Scap. de iure non scripto tit. de confess. reor. multip. c. 126. num. 8. Fatin. d. quæst. 1. § 8. n. 100. & 104. Buccaron. d. different. 69. num. 2. & different. 70. quærit quibus potius credendum sit, an testibus instrumentariis contradicentibus instrumento, vel notario contrarium affuerant.

Contra quam non nisi contraria, &c.] Notatur ad hoc quod aduersus Romanam Ecclesiam non præscribitur minore tempore, quam 100. annorum. tit. 26. part. 3. Boët. decisi. 164. num. 14. & 25. Couarr. in reg. possessor. part. 2. § 2. num. 3. Pinel. in authenticis, n. 5. C. de bonis matern. Balb. de prescript. I. p. 5. à num. 16. Molin. de iustitia tract. 2. d. sp. 72. verific. secunda, n. 4. Quid antem in fisco Ecclesiæ Romanae, vide Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 51. num. 5. cum seqq. Pereg. de iure filii, lib. 6. tit. 8. n. 42. vbi num. 45. quid in mobilibus. Ignotum in iis, in quibus contra Ecclesias inferiores procedit, quadraginta annorum præscriptio requiritur centenaria contra Romanam Ecclesiam; idem probat text. in cap. cum nobis, in princip. & in cap. si diligenter, hoc tit. cap. ultim. 16. quæst. 3. cap. 2. hoc tit. in 6. tradunt latè Farin. hic, à n. 22. Balb. Couar. Pinel. & alij citati, ex quorum mente sit conclusio. Res immobiles, & quæ tales esse intelliguntur, ad Romanam Ecclesiam principaliter, & directè pertinentes, in quibus suprema & generalis illa prælatio non constituit, nonnihi centum annis præscribantur, exceptis hæreticorum bonis, quæ à Catholicis ipsorum hæredibus legitime possidentur: suadetur conclusio quoad singulas particulas sigillatim ex cap. cum dilecta, de confirm. utili, ibi, possesiones, & iura, &c. & ex text. in præf. ibi, principaliiter, & ex d. cap. ult. in princ. & ex d. c. 2. in 2. parte. Et iuncta ratio, quia conueniens fuit huicmodi res Ecclesia Romana, quæ caput est, & mater omnium Ecclesiarum, & fideliū, speciali gaudere privilegio, per quod diutius conseruentur, & ita nonnihi longissimo omnino spatio præscribantur, vt intendit Imper. in auth. vi Ecclesia Romana.

Non tanquam tibi, &c.] Notatur ad hoc quod emphyteusis Ecclesiastica, aut feudum Ecclesiasticum, hoc est, rei, cuius dominium directum ad Ecclesiam pertinet, præscribitur aduersus priuatum emphyteutam, aut feudatarium spatio ordinatio, vt per Couar. in reg. possessor. p. 2. §. 2. n. 6. Valasc. de iure emphyteutico, q. 17. a. n. 13. Gama Lusit. decisi. 149. n. 5. D. Barbos. in 12. si alienam, n. 60. ff. soluto mariti. Cald. Pereira de nominat. emphyt. q. 1. n. 2. Valasc. conf. 132. n. 33. Molina d. tract. 2. disp. 70. n. 3. Azor. iustitia moral. p. 3. lib. 1. c. 2. quæst. 3.

In gloss. Principaliter, ibi, posset tamen iste Castellanus, &c.] Notatur ad hoc quod iura Regalia, quavis aduersus Regem præstribi non possint, præscribi tam tamen possunt per unum dohacarium aduersus alium, vt per Cabed. decisi. 41. n. 6. & decisi. 75. num. 1. & part. 2.

## S V M M A R I V M.

- 1 Schismatum tempora deducuntur de centenaria præscriptione, que sola currit contra Romanam Ecclesiam.
- 2 Præscriptio centenaria contra Romanam Ecclesiam per leges ciuiles introducta & recepta est.
- 3 Præscriptio centenaria sola contra Romanam Ecclesiam currit.
- 4 Præscriptio triennalis sufficit in rebus mobilibus, & se mouentibus Ecclesiæ Romanae.
- 5 Præscriptio centenaria posterior est quam immemorialis.
- 6 Probatio immemorialis præscriptionis non sufficit ad concludendam, & probandam centenariam.
- 7 Testis potest deponere de iis, que ante puberitatem doli capax, id est, circa annum decimum cum dimidio videt & apprehendit.

## C A P . Cùm vobis. X I V .

IN præscriptione centum annorum, quæ sola currit contra Ecclesiam Romanam in utroque inter non sunt numeranda tempora schismatum, que intercedunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Colle. Zabat. Bellam. Iom. Andr. Imol. An. in. Hoff. Anch. Butr. Bald. Panorm. Henric. Felin. Dec. Guid. Papæ. Martin. Vran. Alex. de Neuo. Cujac. Viuijan. rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 257. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 312. & tom. 4. rep. super iure Canonico ad secundum librum Decretalium. Petr. Paul. Paris. remissiu. Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 17. c. 4.

Legali.] Igitur centenaria præscriptio contra Romanam Ecclesiam per leges ciuiles introducta, & recepta est, idem probat cap. ultim. in fin. 16. quæst. 3. aut. quæ actiones, in fine, C. de sacro. Ecclesiæ iuncto aut. vt Ecclesia Romana, ex quibus hic passim colligunt Doctores communiter, immo ex constitut. Iustiniani id iuri statutum fuit ad favorem omnium Ecclesiarum, vt nouissime detectum fuit ex arcana historia Procopij apud Alemanum pag. 123. verific. Piscus quidam aquæ Emissenos. Sed obstat tum quæ text. in d. aut. vt Ecclesia, ad quam Pontifex hic respicuisse videtur, vt patet ex verbis sequentibus, ibi, vt contra Romanam Ecclesiam, &c. non tantum agit de præscriptione contra Romanam Ecclesiam, sed etiam contra inferiores Ecclesias illi subiectas, tum etiam, quia in omnibus abrogatur per Iustinian. in aut. hac constitutio innata, ac subinde nulla iam datur lex Civilis, que contra Romanam Ecclesiam speciali priuilegio centum annorum exigat præscriptionem, vt intendunt Iom. & Azor. relati à gloss. in d. aut. vi Ecclesia, verbo annorum, gloss. ult. in d. aut. quæ actiones, aduertens ultima verba text. ibidem hodie non esse vera attento iure Civili sed tantummodo attento iure Canonico, de quo in cap. præced. & in cap. cum dilecta, de confirmatione utili, cum aliis, idem probat Pinel. in aut. n. 5. n. 17. vers. ex quibus, & verific. inferunt tertio, C. de bonis maternis post Salicet. in d. aut. quæ actiones, & quæ amplures in eadem opinione existere refert Cujac. lib. 5. obseruat. c. 5. volunt Balduin. in prolog. vt refert Cou. in reg. possessor. p. 2. §. 2. n. 6. in fin. Sed hac sententia confunditur exprefsc ex hoc text. ibi, legali, & ex d. c. ult. vbi habetur Imperatorum leges contra Ecclesiæ Romanam non admittere præscriptionem minorem ceteraria, quæ verba omnino corrunt, & falla sunt, & nullæ.

Glg g 3 nullæ

## 630 Collectanea Doct. in lib II. Decretal.

nulla est lex Civilis hodie vigens, quæ centum annorum præscriptionem exigat contra Romanam Ecclesiæ, id quod temere supponunt Pinel. & Cujac. *vbi sup.* Vnde Hirner. quem refert, & sequitur glossa. *verbe annorum, Cou. vbi sup.* & est de mente aliorum, intelligit per generalia verba d. autb. *hac constitutio*, reuocari priuilegium centenaria præscriptionis concessum Ecclesiæ inferioribus, non vero Romanæ, de qua specialiter agere debuit Imper. arg. l. item *quod*, §. ait *prætor, ver. ea enim, ff. de iuris & iuxta doctrinam glos. vle in l. quidam*, in princ. ff. qui sati. d. cog. recepta communiter ex Ial. in l. *Alarcellus, num. 6.* ff. ad *Tribell*. Tiraquel. de retratu lig. §. 1. *gloss. 14. regm. 93.* Sed non fas facit, quia d. autb. *hac constitutio*, absolue renocat constitutionem illam, quæ centenaria præscriptionem concesserat Romanæ, & aliis Ecclesiæ, & ita per relationem ad constitutionem prædictam, ut Ecclesia Romana, videtur renocasse quoad Romanam & ceteras Ecclesiæ, de quibus constitutio illa loquebatur, arg. l. ait *prætor, §. 1. ff. de re iudic.* Dēinde glossa. in d. l. *sciendum*, procedit vbi lex prior specialiter disponebat, lex vero posterior generaliter loquitur, in proposito autem nulla datur specialis agens de Romanæ Ecclesia, sed generalis, quæ illi, & omnibus aliis centenariis præscriptionem concesserat in d. autb. ut Ecclesia. Vnde tentari potest priuilegium illuc concessum Romanæ, & aliis Ecclesiæ non subditis Imperatoribus nunquam potuisse renocari à Justiniano, iuxta doctrinam Innocent. num. 6. in cap. nouit, de iudicio. receptam communiter ex Felin. num. 9. Dec. 13. ibid. Felin. num. 2. in cap. 1. de probat. sententia Bart. & plures alij relati à Gabr. communim iit. de iure quafis, conclus. 7. à num. 10. Merito igitur non obstante renocatione, de qua in d. autb. *hac constitutio*, durat priuilegium respectu Ecclesiæ Romanae, non vero quoad alias Ecclesiæ inferioribus, quia respetu illarum valuit, utpote contrarium Canonibus, de quibus in cap. 1. & sequentibus, 10. quest. 3. Vel rursus dici potest ex sententia glossæ in rubrica d. autb. *hac constitutio*, quod text. ille renocat priuilegium, de quo in l. 1. ultim. C. de sacrof. Ecclesiæ concessum Ecclesiæ orientalibus, ut refert Cujac. vbi *supra*, & de diversis præscriptionibus, cap. 31. non autem renocat priuilegium de quo in d. autb. ut Ecclesia, concessum Ecclesiæ occidentali, id est, Romanæ, quæ caput est, & omnibus Ecclesiæ inferioribus eidem subiectis, id quod fatentur omnes ex Cujac. d. cap. 1. quæ sententia suadet tam ex rubrica, quam ex verbis d. autb. *hac constitutio*, quæ conueniunt d. l. ultim. in qua specialiter agitur de monasteriis, xenodochiis, venerabilibus locis, non vero conueniunt d. autb. ut Ecclesia, in qua nulla illorum expressa mentione habetur.

*Non nisi centum annorum præscriptio, &c.*] Notatur ad hoc quod sola centenaria præscriptio contra Romanam Ecclesiam currit, de quo reculi DD. in cap. antecedenti. Ordo etiam D. Benedicti habet priuilegium, ut contra eum non currat præscriptio, nisi centenaria, ut in vol. primigorum, pag. 80. quod refertur Cald. Pericula de potestate eligendi, in responso pro Monasterio de Ostera, ad suum, Fr. Einman. quest. regul. tom. 1. q. 36. art. 3. Reg. supradicta generaliter, & indistincte proposita videatur comprehendere etiam res mobiles, & se mouentes Ecclesiæ Romanae, ut etiam haec non triennio, sed centum annis præscribantur, idem fraudent generalia verba cap. preced. ad finem, & autb. ut Ecclesia Romana, quorum argumento ita obseruant Doctores communiter; ut per Abb. num. 12. Dec. in cap. cium dilecta, de confirmat.

et. Balb. de præscriptionibus part. 1. quinta, num. 25. Sed verius est triennalem usucaptionem in iis rebus locum habere, iuxta reg. l. 1. ff. de usucap. transf. quæ in proposito limitatur, non reperitur, ut obseruat Ang. in d. autb. ut Ecclesia, num. 2. Nec obstat text. hic, & similes, quia priuilegium concessum Ecclesiæ Romanae circa centum annorum præscriptionem tantummodo locum habet vbi alias contra priuato longi, vel longissimi temporis, & contra Ecclesiæ inferiores quadraginta annorum præscriptio procedit, patet ex d. autb. in princip. versic. cism enim, & ex d. autb. quas actiones, C. de sacrof. Ecclesiæ, vnde licet text. in presenti, & similes in cap. precedentem, & in cap. ultim. 16. quest. 3. generaliter loquuntur, nihilominus tamen quia huiusmodi priuilegium, de quo agitur, emanauit & incipit à lego Civili, ad quam lex Canonica se refert, ut patet ex hoc text. ibi, tam Civilis, &c. & ex d. cap. ultim. merito declaratur, & intelligitur secundum eandem legem, & ita non comprehendit res mobiles, quas prædicta lex non comprehendebat, argum. l. sed & posteriores, ff. de legibus, & l. ait *Prætor, §. 1. ff. de re iudic.* Sic sane corrut sententia Salic. in d. l. num. 4. & Felin. in cap. precedentem, num. 6. in quam inclinat Balb. vbi *supra*, dum existimat huiusmodi res nobiles Romanæ Ecclesia nullo tempore præscribi, ad exemplum rerum filialium, iuxta reg. §. res fisci, Inst. de usucaptione, quæ sane reg. in proposito nihil concludit, quia ultra tradita per Bubt. in cap. 1. num. 12. 1. de integrum restitu. procedit tantum in fisco Imperiali, & non omnem, nec in omnibus rebus præscriptio non excludit.

In gloss. *Centum annorum.*] Notatur ad hoc quod præscriptio centenaria potior est, quam immemorialis, id est quia vbi lex requirit probationem centum annorum, non sufficit quod immemorialis probetur, ut per Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 44. cum seqq. quicquid tempus centum annorum immemoriali temporis adaequare teneat Bald. de præscript. 2. part. 3. *principalis, q. 6. col. 6. vers. quod autem dicatur, Cou. in reg. possessor, p. 2. §. 3. n. 7. Burg. de Pace conf. 25. num. 19.*

In eadem glossa. *versic.* Sed non est recedendum, &c. 6 Vlt. gloss. quod licet præscriptio immemorialis probetur per testes deponentes sub forma de qua supra hac ead. gloss. *versic.* vel *quod testes*, & per gloss. *memoria in cap. hoc tit. lib. 6.* communiter receptam, ut per Gabriel. communim sub hoc ut de præscript. conclus. 1. num. 74. Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. à num. 31. nihilominus tamen adhuc huiusmodi probatio immemorialis præscriptionis non sufficit ad concludandam, & probandum centenarium, de qua in hoc text. sequuntur Doctores communiter hic & alibi, ut per Couarr. in reg. possessor, part. 2. §. 3. num. 7. & Molin. d. loco, num. 44. quamvis ipsi multo contendant oppositum longe verius. Adherten-7 dum tamen est verum non esse id, quod haec glossa supponit in *versic. per testes*, scilicet testes non posse deponere de iis, quæ ante pubertatem viderunt, & apprehenderunt, siquidem constat post pubertatem posse quem deponere de iis, quæ ante illam dolii capax, id est, circa annum decimum cum dimidio videt & apprehendit, gloss. *verbo impubes in l. 3. versic. lege Inlia, ff. de testibus, gloss. ultim. in cap. relatum 37. diff. & in §. testes, Inst. de testament. cum similibus, per multa, quæ citant, communis ex Felin. Panorm. num. 10. & alibi in *presenti*, Conar. multis confirmans vbi *supra* num. 8. Molin. d. loco, num. 42. Clar. §. fin. quest. 24. num. 17. intelligentes text. in d. *versic. lege*, & similes tantum prohibere, ne quis impubes depo-*

nat,

# De Præscriptionibus, Tit. XXVI.

631

nat, & testimonium ferat; text. verò in d. §. testes, cum similibus, procedere in testamento, in quo lex iustis de causis speciatim requirit pubertatem tempore, quo testamentum fit, nec sat imponerem testem interesse, licet postea deponat factus pubes. Sic eodem modo latius deprehenditur verum non esse quod haec gloss. in d. ver. per testes, dicit scilicet quod testes huiusmodi ad probandum centenaria præscriptionem deponant de visu omnium centum annorum, quia secundum mentem communem ex supracitatis est quod deponant de iis, que videuntur, vel apprehenderunt per quadraginta annos retro, & ita debent esse saltem atrox quinquaginta annorum cum dimidio. Conar. n. 7. Molin. n. 40. dictus locis, de reliquis vero anterioribus deponant communem opinionem sic exitisse, vel famam, quae in iis antiquis, & à nostra memoria remotis probationem efficit, iuxta gl. d. verbo memoria, & gloss. verbo committat in l. aquis, 20. §. cum me ff. de negotiis gefisi, receptam communiter ex multis de quibus per Duen. reg. 299. vers. limitat. 7. Gam. decif. 290.

## S V M M A R I V M .

- 1 Prelatus inferior potest præscribere in certis Ecclesiis sue diaecesis votum in Episcopale.
- 2 Prescriptum tantum censetur quantum possessum.
- 3 Identitas probanda est ab illo qui illam allegat.
- 4 Episcopus potest ius autorizandi sine Consensu Capituli præscribere.
- 5 Prescribens iurisdictionem dicunt acquirevere priuatice respectu eius, cui antea iure communis competebat.
- 6 Abbas cognoscere potest de causis matrimonialibus, & beneficialibus.

## C A P . Audit. XV.

Prælatus inferior ut Abbas potest præscribere ius Episcopale in Ecclesiis illius diaecesis, si per quadraginta annos sine interruptione, vel sede Episcopali non vacante prescriperit, sive ex priuilegio particuli. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoff. Anch. Butt. Bald. Panorm. Guid. Papa Hemic. Felin. Martin. Vran. Dec. Alex. de Nenu. Cujac. Viuian. in rationali 2. libri iuris Ponif. pag. 218. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 312. & tom. 4. repet. super iure Canonico ad librum secundum Decretalium, Petr. Paul. Parisi. remissiù Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 17. cap. 5.

Probat hic text. iurisdictionem & iura Episcopalia posse præscribi ab inferioribus, vt notant gloss. 4. & DD. communiter in præsenti, gloss. 2. in c. quicunque 16. 9. 3. & passim alibi, Calderon. conf. 1. sub hoc tit. Balb. de prescrip. 1. p. 5. à n. 8. 3. Boëc. dec. 1. 333. n. 10. Conar. in c. alma p. 1. §. 1. n. 3. idem probant c. c. olim 18. vers. quia, c. de quarta, hoc tit. c. ultim. de offic. Archid. & satis deducitur si aduersa iurisdictionem, & iura omnia Episcopalia latem à Pont. Maxim. posse priuilegio concedi alii, quā Episcopis, c. cum contingat, de foro compet. c. accedentibus 1. de excess. Prælat. cap. Abbat. 43. de priuileg. lib. 6.

Amplia procedere etiam in iuribus episcopalibus ardus, & que solis Episcopis, & ipsorum dignitati referuntur, vt colliges ex d. cap. c. cum olim, vers. quia, & constat quia cognitione causarum matrimonialium

est de ardoris, que soli Episcopo referuantur, & ex stylo Curiae committuntur, d. c. accedentibus, Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. vers. ad hac, resoluti Coude span. p. 2. cap. 8. §. 12. in prime. & tamen text. hic probat huiusmodi cognitionem legitima præscriptione posse inferioribus acquiri, vt hic notant omnes, vt per Parif. num. 3. gloss. 2. & ultim. per text. ibi in d. c. accedentibus, gl. 1. in cap. literas, de rest. spoliis. communis & Palat. in repet. cap. per vestras, de donat, inter vi- rum, notab. 2. §. 1. num. 35. Balb. num. 85. Conar. vbi proxime, contra Hoff. in d. cap. literas, quem sequitur Ias. in l. mors, num. 49. ff. de iuris d. omnium iudic. Non fuit cap. quanto, de consuetud. vbi ins conferendi Sacramentum Confirmationis vti res ardua, & Episcopis referuata, vt text. habet, non potest præscribi ab inferioribus non Episcopis, nam ultra multa, quia ad illius materiam & intellectum tradatur per Doctores ibi, & per S. Thom. vbi Caet. 4. p. q. 1. art. 11. & post alios Cou. lib. 1. variar. cap. 10. Ledesm. 1. 4. q. 3. art. 11. resp. regulas huius text. & ampliationem predicatorum procedere in iis, quæ referuantur dignitatibus, & iurisdictionibus Episcopali, non autem in referuntur Ordini, de quibus agit cap. quamvis 68. dist. planè collatio Sacramenti Confirmationis ex Apostolorum traditione referuata est Ordini Episcopali, vt probat text. in d. cap. quanto, cap. 1. cum sequentib. de confr. d. finit. 1. & concil. Trid. sess. 7. de Confirmat. c. 3. & sess. 23. de Sacram Ordinis cap. 7. Non obstat cap. p. 1. uent. 95. dist. nam ultra ea, quae ad illius intellectum tradunt DD. vt per Conat d. cap. 10. à m. 7. & 11. Ledesm. vbi supra satisfit vt per eundem Conar. n. 14. & per relatos à Gabr. commun. sub tit. de prescr. concil. 2. à n. 16.

Tanto tempore probantur, &c. ] Ergo tantum censetur præscriptum, quantum possessum, Honded. cors. 89. n. 47. lib. 1. Boëc. dec. 5. §. n. 6. Anton. Monach. Luen. decif. 14. n. 56. nam præscriptio est stricti juris, Molin. de primogenit. 2. c. 6. n. 11. Anton. Gabriel. lib. 1. commun. tit. de prescr. concil. 2. d. 1. 2. 2. Ioan. Garc. de expens. c. 9. n. 38. & editum de præscriptionibus est prohibitorium, Surd. dec. 3. n. 3. & p. exceptionis exceptio rigorosa, Menoch. cors. 361. n. 22. Ioseph. Seife Agonia dec. 127. n. 16. & ideo illam alleganti incumbit onus probandi, Menoch. de presumpt. lib. 6. præsumpt. 23.

Sit ille locus, &c. ] Identitas enim probanda est ab illo qui illam allegat, vt per Surd. dec. 5. §. n. 11. Menoch. conf. 21. n. 32. Vnde agens ad furta debet probare identitatem rei furatae, & quod tempore furti facta bona, quae nunc peruntur, fuerint in loco, in quo afferitur commissum furcum, vt per Mascard. de probat. concil. 819. n. 4. Sic etiam ad probandum, quum sibi commodity mortuum fuisse naturaliter, & non culpa cōmoda ariū, non sufficit ostendere corium, sed opus est, quod probet illum esse mortuum, nec satis est, probare vilum fuisse in domo sua mortuum, nisi etiam probetur illum fuisse ei datum per dominum, aut socium, ita docent Mascard. & probat. concil. 6. 33. & concil. 1174. n. 17. Seraphin. de priuilegiis iuram. priuilegiis 17. à n. 15. Cottan. in memorab. verbo, scholaris, pag. 747. Viuian. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 43. n. 58. pag. 576. Menoch. de presumpt. lib. 6. præsumpt. 1. §. n. 27.

Legitimum præscripsisse, &c. ] Notatur ad hoc quod Episcopus potest ius autorizandi sine consensu Capituli præscribere, vt per Capram tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 2. n. 77. pag. 159.

Notatur etiam ad hoc quod præscribens iurisdictionem dicitur acquirere priuatice, respectu eius, cui antea iuri communis competebat, vt per D. Barb.

G g 2 4

## 632 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

*en l. i. ff. de iudic. art. 4. num. 130.* Vnde colliges ex hoc text: quatenus in eo excluditur Episcopus à iurisdictione, & alii iuribus praescriptis per Abbatem, in illis verbis, ibi, silentium imponentes, iura sic praescripta non competere praescribenti accumulatiæ cum Episcopo, quasi ille cum hoc simul accumulentur, vt vterque utatur, & locus sit præventionis, sed potius priuatiæ respectu Episcopi, itavt solus Abbas praescribens utatur. Episcopus vero præfetur, & excludatur, nec amplius vti valeat, idque obseruant Abb. n. 7. Felin. v. Panorm. 7. hic, idem Abb. & Imol. in cap. ciam olim sup. hoc tit. Abb. num. 7. Felin. 5. in cap. pastoralis, in princ. de offic. Ordin. vbi post Iean. id ipsum intendit gloss. 1. Bald. conf. 201. lib. 1. Marian. num. 8. in cap. ciam contingat, de foro compet. Balb. de praescript. 1. part. 5. num. 88. refert alios Couarni. in cap. alma Mater, p. 1 § 12. num. 3. ex quibus tam hodie hæc videtur recepta opinio. Contrariam verò sententiam, immo quod iurisdictio, & iuria episcopalia, vel similia non priuatiæ, sed accumulatiæ ad Episcopum praescribantur, probarunt Ioan. Andr. Host. Butr. Imola, & alij in d. cap. pastoralis, & satis Roland. conf. 80. à num. 22. lib. 2. quam & praxi fernandam, & communem (antiquorum fortassis) testatur Couar. vbi sup. Pro concordia dici potest priorem opinionem procedere, vbi per integrum praescriptionis tempus praescribens solus vslus est iurisdictione, & iuribus praescriptis, posteriorem vero procedere, vbi etiam is, contra quem praescriptio complevit, intra tempus illius exercuit iurisdictionem, vel iura, aliaque similiter aliis praescribens quasi possidens exercuit, tunc enim quia is non solus, sed accumulatiæ cum illo quasi possedit, & vslus est non solus, nec priuatiæ, sed accumulatiæ cum illo præscribit, & acquisit, vt videmus contigisse in plerisque causis mixti fori.

**6 Causarum matrimonialium, &c.]** Ergo potest Abbas cognoscere de causis matrimonialibus, criminalibus, & beneficialibus, cum hæc omnia ad iurisdictionem pertineant, queranturque cum praescriptio: e territorij, de quo vide Couar. de sponsal. p. 2. c. 8. §. 12. n. 1. Soar. de Pace in præl. tom. 2. prælud. 1. n. 8 Flores de Menina var. resol. lib. 5. q. 24. n. 25.

**7 In gloss. Interruptionem.** Notatur ad hoc quod præscriptio in uno capitulo, & in uno prædio non extenditur ad aliud, vt per Rebuff. de decimis, q. 14. num. 9. Existens enim in possessione per vslum partis non conservat ius totius, Girond. de priu. seu exempt. explicat. num. 130 4. quia tantum dicitur præscriptum, quantum possedium, Mafcard. de probab. conclus. 14. num. 23.

### S V M M A R I V M .

- 1 Subditus non potest praescribere contra procurationem que ratione visitationis debetur, quamvis alius in personam alterius praescribere posset etiamque.
- 2 Procuratio, seu visitatio praescribi non potest.
- 3 Praescriptio que tollit omnino visitationem iure communis iniunctam meritò prohibetur, quamvis admittatur, que illam transfert, vel alij cum ulti.
- 4 Praescriptio prohibetur contra procurationem ratione visitationis iure communis debitam manente visitandi onere.
- 5 Intellige siue praescribatur tota sine pars, veluti cum minuitur quantitas alias solnenda.
- 6 Praescriptionem vbi lex probet, an admittatur illa, que est longissimi temporis 30. vel 40. annorum, aut saltem centum annorum, seu immemorialis, an per contrarium omnis sublata.

8 Archiepiscopatus an possit animaduertire in subditos suffraganeorum procurationem denegantes, ostenditur.

9 Procurationes an possint recipere Episcopi habentes alias redditus pingues ex quibus sustentari valent.

11 Episcopus non potest expresse remittere procurationem pro annis futuris ratione visitationis solendum.

### C A P . Cùm ex officij. X VI .

S Vbditus non potest praescribere contra procurationem, qua ratione visitationis debetur, nec contra ipsam visitationem, quamvis alius in personam alterius praescribere posset viramque. Colligunt ex Ordin. Abb. antij. Innoc. Collect. Zabare. Belam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Henrie. Butr. Hoffiens. Guid. Papa. Felin. Dec. Anchur. Martin. Vran. Alex. de Neuo. Cujac. Viuian. in rationali secundi libri iuriis Pontificij, pag. 259. Alagona in compendi. iur. Canon. pag. 312. & tom. 4 super iure Canonico ad librum secundum Decretalium. Petr. Paul. Paris. & Petr. de Vbaldis, remissiù Ximen. in concord. part. 1. & 1. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretalium lib. 2. tit. 17. cap. 7.

Collige ex text. procurationem, seu visitationem praescribi non posse, vt per Prax. Episcop. p. 1. verbo, visitatio. §. 6. dub. 8. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 2. c. 42. q. 13. Bernard. reg. 3. 96. incip. procuratio, & reg. 604. Concil. Bracara. 4. aet. 1. c. 9. de visit. Piafec. in praxi Episcop. p. 2. c. 5. in fine Purparat. conf. 129. n. 5. vol. 1. Bellet. dis. quift. cleric. p. 1. tit. de clericis debitor. §. 11. n. 14. & §. 12. n. 13. Pauin. de visit. p. 1. q. 4. n. 22. & 24. Molin. de fufit. tract. 2. disp. 8. 5. in fine, & disp. 7. 9. vers. obedientia. Eralm. à Cochier de iuris Ordinarii in exemplis, p. 1. q. 1. m. 4. in princ. Attenta noua dispositione Concil. Trid. eff. 24. de reform. cap. 3. vers. in his verò locis, praescribi potest procuratio itavt peti non valeat, vbi illam non dandi viget consuetudo, vt per Piafec. dict. cap. 3. num. 6. faciunt que Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 57. num. 19.

Circa visitationis praescriptionem sequens formanda est conclusio. Praescriptio qua tollit omnino visitationem iure communi iniunctam, meritò prohibetur, quamvis admittatur que illam transfert, vel alij accusulant, sicut etiam admittitur que omnino tollit praescriptionem iure speciali competentem. Hanc conclusionem recipiunt in effectu omnes in pres. Hoffiens. in summ. de officio Artib. num. 4. Marian. de visitat. à n. 19. Bernard. d. reg. 604. Probatr quoad primam partem, nam merito prohibetur praescriptio impediens morum correctionem, & Ecclesiarum reformationem, argum. cap. ciam inter, & cap. ex parte, de confund. cum aliis, quippe que cedit in damnum publicum, & ex eo proueniunt multò maiora mala in Repub. quā sit bonum vitandi lites, & seruitutem dominorum, pro quibus bono publico introducta fuit praescriptio l. 1. ff. de usucap. sed praescriptio omnino tollens visitationem iniunctam iure communi, impedit morum correctionem, & reformationem Ecclesiarum, & ita obuiat bono publico, quod per visitationem pretenditur, iuxta addita ad cap. accedentes, sup. hoc tit. Igitur, &c. Iunat cap. irrefragabilis, in princip. vers. ut autem, de officio Ordin. cap. ad nostram, 3. de appellat. Posterior vero pars suaderetur, quia praescriptio illa admittenda est, que nullo iure prohibetur, nec impe- dit

# De Præscriptionibus, Tit.XXVI. 633

de mortuis, aut Ecclesiarum reformationem, nec alias obuiat bono publico, d. l. 1. sed præscriptio, quæ transfert visitationem, vel alij accumulat sicut etiam omnino tolles illam, quæ competit iure speciali, nullo iure prohibetur, morum & Ecclesiarum reformationem non impedit, nec bonum publicum offendit, cùm adhuc maneat visitatio facienda ab eo, in quem transfert, vel accumulatur, vel etiam ab ipso cui iure iniungitur, penes quam etiam sublata visitatione iure speciali competenti remanet visitatio iuris communis, per quam bonum publicum reputatur; ergo, &c. Et satis eandem conclus. probat hic text. qui agit de visitatione iure communi competenti, qualis est illa, quam Archiepiscopus exercet in provinca, & dicit contra visitationem hanc præscripti non posse quæ verba intelligentur de præscriptione, quæ ex diametro opponitur, & omnino tollit visitationem, hæc enim præscriptio, proprie, & absolute loquendo, dicitur visitatio; cùm verò Pontifex subiungit, quamvis alijs contra eundem præscribere possit, aperte significare admitti præscriptionem, per quam transfert, vel accumulatur visitatio quia talis præscriptio, absolute loquendo, non est contra visitationem, quam non tollit, sed contra Prelatum, cui præjudicat, iuxta quem sensum verba illa text. aliquo modo, non sunt intelligenda de modo per quem præscribitur transferendo, vel accumulando, sed de modo per quem præscribitur contra visitationem, scilicet tollendo, & extinguendo illam, nam quoad hoc nullus modus præscriptionis admittitur. Non obstat quod in Episcopalia possunt præscribi, cap. andit. c. cum olim, hoc tit. de quibus iuribus Episcopaliis est visitatio, cap. conquerente, de officio Ordin. resp. enim quod quamvis ita Episcopalia præscribi non prohibeantur, quia per illorum præscriptionem non ita præiudicatur bono publico, sed magis Episcopo, contra quem præscribitur, nihilominus tamen visitatio iure communi competens præscribi prohibetur ob granissimum Reip. detrimentum, quod illa sublata sequeretur.

4 Circa verò procurationis præscriptionem sequens formanda est conclusio. Contra procurationem ratione visitationis iure communi debitam manente visitandi onere prohibetur omnis præscriptio, ita Felin. hic num. 15. Marian. de visit. num. 54. Bernard. reg. 604. vers. sexto. Probatur, nam omnis præscriptio tollens visitationem iure communi inducit merito prohibetur, vt in hoc text. ibi, nec contra visitationem, &c. at præscriptio contra procurationem ratione visitationis iure communi debitam saltem iuris præsumptione tollit in effectu visitationem ipsam, quia ordinarij præsumunt neglige, & omittere, admissa præscriptione contra procurationem, qua ad visitationem peragendam iure instituitur. Igitur, &c. &c. ita hanc rationem satis præsenit Pontifex in presenti, dum dicit contra procurationem ratione visitationis debitam præscribi non posse, quemadmodum nec contra visitationem ipsam, eandem rationem probant omnes hic in dictis locis, aduentores procurationem esse annexam visitationi, ac subinde de illa, & de ista circa præscriptionem idem esse iudicium, arg. super eos, de parochi.

5 Contra procurationem, &c. ] Intellige siue totam, siue partem, veluti cùm minuitur quantitas alijs soluenda, iuxta cap. cum Apostolus, de censib. Extrinsecus. 1. illo tit. inter communes, idque intendit gloss. in c. relata 10. quest. 1. Abb. num. 13. & alij, vt per Felin. num. 16. & Par. 10. in presenti, quæ tententia suadetur ex hoc text. ibi, quæ ratione visitationis debetur, siquidem procuratio, quæ debetur ratione visitationis, est illa in-

tegra, de qua in d. c. cum Apostolus, & rursus ex eod. text. ibi, nec aliquo modo, &c. nam aliquo modo contra procuratorem præscribitur, si quod aliquam eius partem admittatur præscriptio. Quamvis Doctores hic & alibi, vt per eundem Abb. & Felin. d. num. 16. in princip. & d. num. 13. Marian. de visit. num. 47. & 55. contradicant, quorum opinio non probatur hodie per d. Extrinsecus. vers. nostra, vt existimant Felin. & Par. ubi sup. quia text. ille non approbat præscriptions minuentes procurationem de qua ibi, sed confuetudines, in quibus longè d'uersa videtur ratio. Vide Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 3. vers. in his verò. Advertendum in proposito est præscriptionem non prohibeti respectu modi, vt si licet procuratio potius in fructibus his, vel illis, quam in pecunia, vel è conuero, seu iuxta alium quemvis modum diuersum prefetur, vt obseruant Doctores communiter, hic, ex Felin. d. num. 10. Marian. ubi sup. num. 49. Bernard. d. reg. 604. vers. 1. Concil. Trident. ubi supra verificat, sit tamen in opinione. Similiter aduentore oportet prohiberi hic præscriptionem contra procurationem futuram, ne scilicet in futurum eximatur quis à solutione illius, admittitur tamen præscriptio contra procurationem præteritam, idest, annorum præteritorum, secundum omnes in presenti, quia cessar ratio de qua suprà, cùm nullum vertatur præiudicium visitationis, quæ iam pro illis annis præcessit sed solius Ordinarij, cui quantitas soluenda est, & contra quem præscribi posse aperte docet Pontifex ibi, quamvis alijs contra eundem.

Non meminerunt: ] Valde contrarium est an vbi lex præscriptionem prohibet, admittitur illa, quæ est longissimi temporis 30. vel 40. annorum, aut saltem centum annorum, se immemorialis, an per contrarium omnis sublata censeatur, in quo tres principales reperiuntur opiniones, quas ad nostrum institutum adducere non oportet, sed quod attinet ad materiam text. ex suprà citatis verbis colligere quod cùm Abbas & Prior, de quibus hic, allegarent præscriptionem immemoralem, ipsa que allegationem Pontifex reiecerit, vt patet ex litera, ibi, nulla penitus, &c. aperte text. significat in proposito non admetti præscriptionem etiam temporis excedentis hominum memoriam, vt obseruant Vic. & antiqui. Abb. num. 4. Par. 3. Felin. in princ. & alij in presenti, Ioan. Andr. & alij in cap. cum instantia, de censib. Felin. in cap. accedentes, num. 6. vers. fallit tertio, cum seqq. sup. hoc tit. vbi Par. num. 13. Duen. reg. 144. ampl. 3 pro quibus etiam virga hic text. ibi, aliquo modo, &c. nam si admittitur præscriptio temporis excedentis hominum memoriam, utique aliquo modo præscribitur, quicquid contradicunt Abb. sibi contrarius cor. 26. n. 4 lib. 1. Marian. n. 52. vbi sup. quos refert Bernard. reg. 604. vers. 4.

Alius. ] Id est, non subditus ipsi eximentes se, sed alius in eisdem, siue sit Prelatus aliquis non subditus Archiepiscopi, contra quem visitatio, & procuratio in reliquis subditis præscribi potest, obseruant post alios Abb. n. 6. Felin. 12. Bernard. d. reg. 604. vers. 8. & ad hoc reducenda est gloss. 2. in cap. venerabilis, de censib. & verbo procuratio, in Extrinsecus, excrabilis in fine, de prob. Ioan. XXII.

Tulit Archiepiscopus, &c. ] Butr. Imol. & quidam & alij putant Archiepiscopum attento iure communi non potuisse profere sententiam hanc, vel animaduertire in subditos suffraganeorum procurationem denegantes, tum quia calus hic iure expressus non reperitur, & ita succedit reg. cap. pastoralis, in principio de officio ordin. tum etiam, quia Pontifex expendit sententiam hanc, sive prolatam de antiqua Metropolis connectit.

## 634 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

confundit, quasi non de iure communi. Sed probabilis videtur Archiepiscopum attento iure communi propter denegatam visitationis procurationem potuisse animaduertere in hos subditos sui suffraganei, ut notant gloss. *verbo exceptis in fine in d. cap. pastoralis, gloss. penult. & alijs*, ut per Abb. num. 11. Felin. 7. Paris. 19. & 20. ibi, expendentes regulam cap. 1. de *pensis*, lib. 6. Non obstat d. *cap. pastoralis*, quia iuxta praedita causa hic satis iure expressus est: nec item obstante verba illa, *de antiqua confusione*, quia ultra intellectum Abb. d. num. 11. & Paris. 20. confutudo haec non contraria, sed conformis iuri potuit expoundere ad maiorem iustitiam sententiae, ut in cap. *sopita*, vbi *gloss. pen. de censib.* vel confutatio non refutatur ad potestatem animaduertendi, sed ad modum, & circumstantias, secundum quas Archiepiscopus sententiam tulerit.

9. *Qui spiritualia seminarat, &c.*] Cum ergo procuratio non in premium visitationis, sed in stipendum laboris concedatur, cessat omnino simoniae vitium, ex D. Thom. 2.2. q. 100. art. 3. ad 3. sequitur Sot. de Iusfit. lib. 9. q. 6. art. 2. vers. addit. autem. qui tamen putat Episcopis habentibus alias redditus pingues, ex quibus sustentari valeant, non esse satis tutum accipere procurationem huiusmodi; sed haec sententia non probatur iure, in modo refragari videntur verba text. ibi, & plerique similis, dum absolute loquuntur, nec distinguunt inter Episcopos tenues, & inter eos, qui pingues redditus habent, & rursum dum constituent procurationem in stipendum laboris, quod tuta conscientia accipit etiam ab iis, qui alias opulentis habent redditus, iuxta illud, *dignus est operarini, &c.* relatum in cap. *cum secundum Apostolum, de prabend.*

10. In gloss. *Allegantes, ibi, argum. contra C. de agricolis, & cons. lib. 11. l. libitis.* Licet haec gloss. non respondeat, tamen, ut bene aduentur Abb. n. 11. in fine. Imol. n. 6. text. ille non agit de impræscribili, vel quæ simpliciter præscribi prohibetur, & ita cessat argumentum, quia text. hic procedit data huiusmodi simplici prohibitione.

11. In gloss. *Penitus, ibi, sed non est verum, & intendit gloss.* Episcopum non posse expressè remittere procurationem pro annis futuri ratione visitationis soluendam, argum. c. *cum venerabilis, de censibus*, quam concil. latè explicant Abb. à n. 12. & 14. Imol. colum. 1. post alios Felin. à n. 17. Paris. n. 13. Marian. de visit. à n. 57. multipliciter declarantes.

12. In gloss. *Visitationem.* Haec gloss. dum existimat visitationem continere obedientiam quæ Prælati debetur, ac subinde præscribi non posse, iuxta cap. *cum non licet, hoc sit, refellitur, tum quia obedientia, & subiectio huiusmodi non magis cernitur in visitatione, quam in coërcitione debitorum, in institutonibus, & reliquis iuribus Episcopalis, quæ præscribuntur, ut satis deducatur ex cap. 2. in princ. ibi, in servitius, & subiectione, de capell. monach. iuncto d. cap. auditio, vers. quia, tunc etiam quoniam Abbatis, de quibus hic, licet ab Archiepiscopis non visitarentur in reliquis tamen omnibus cognoscabant, & non subtrahebant obedientiam Metropolitanam debitam: & tandem quia d. c. *cum non licet* agit de præscriptione, per quam directe, & absolute tollitur obedientia, non vero de illa obedientia, quæ per indirectum cernitur in hoc vel illo actu particulari, aliquoquin nullum suum Episcopale possit præscribi, cum in omnibus obedientia, & subiectio per indirectum considerati valeat.*

### S V M M A R I V M.

1. Possidens alieno nomine non præscribit, quia non illa, sed possidet is, cuius nomine possidetur.
2. Sardinie, & Corsica Insulae fuerunt in patrimonio B. Petri.
3. Calaritana ciuitas prima, & principalis est in Insula Sardinie.
4. Primaria Sardinia quod sit in Calaritana Ecclesia referuntur fundamenta aliquorū, & n. 5. alia pro Pisana, & n. 6. respondet.
5. Alieno nomine possidens non præscribit.
6. Colonus per longissimum tempus pensiones non solvens non potest præscribere contra dominum ut priuatus possessione rite locare.
7. Colonus longissimo tempore solvens uniformem pensionem præscribit in coloni perpetui ne iam amplius à domino expelli possit.
8. Confessio Prælati an & quando præindicit Ecclesie ostenditur, & n. 11.
9. Bona fides presumitur in dubio, si consurgat ex facti ignorancia.
10. Præscriptio 40. annorum cum titulo immemoriali præscriptioni aequalis est.

### C A P. Si diligent. XVII.

Q uia alieno nomine possidet, non præscribit, quia non illa, sed possidet is, cuius nomine possidetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoff. Anchari. Butr. Dec. Felin. Panorm. Bald. Martin. Vran. Alexand. de Nevo. Guid. Papæ, Cuiac. Vitian. in ratione secundi libri iuris Pontif. pag. 259. Alagona in compend. iuris Canoni. pag. 312. & tom. 4. repet. super iure Canonico ad secundum librum Decret. Petr. Paul. Paris. & Petr. de Bald. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. & nouissime de Valboa ubi sup. refutatur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 17. cap. 7.

*Ad ius & proprietatem B. Petri pertinet, &c.* Dubitandum non est Insulas Sardiniam, & Corsicam in patrimonio B. Petri fuisse iam inde à Caroli Magni Imper. tempore, à quo fuerunt eidem Ecclesiæ Romanae datae, ut constat ex constit. Ludovici Pij Imper. filii ipsius Caroli, quæ extat in monumentis Vaticanis, in qua confirmat donationem factam à patre Carolo, & aulo Pipino Pontifici Maxim. Sed cum Saraceni anno 720. Sardiniam suo Imperio subiecerint, Ioannes IX. Pont anno 1004. concessit ut qui eas insulas recuperarent, sibi haberent, dimmodo Christianos scire Saracenorum Imperio liberarent, quo edicto invitati Pisani, & Gennenses Corsicam invaserunt, & Sardiniam & ex virata sequentibus annis Saracenos eicerunt: & cum Pisani, & Gennenses grauissimo inter se bello de Sardinia iure possidendo diutissime pugnassent, non sine magno Insula detramento Bonifac. V III. Iacobum II. Aragonia Regem filium Petri III. Aragoniorum Regis Roman vocavit, & eum Pontificio diplomate, quod postea Clemens V. confirmavit, Sardinia Regem creauit, & ita Sardinia ad Reges Aragonia peruenit, & proinde ad Ferdinandum cognomento Catholicum, ad Carolum V. Imperat. ad Philippum II. eius filium, & ad Philippum III. & Philippum IV. qui nunc feliciter in Hispania regnat, ita narrat Mar. Alter. de censuris, tom. 3. lib. 5. diff. 2. 1. c. 2. vers. 29. Insulis Sardinia.

Sic

# De Præscriptionibus , Tit. X X VI .

635

*Sicut tota Sardinia , &c.]* In Sardinæ insula ciuitas Calaritana, de qua text. meminit, prima, & principalis est , vulgo à Scriptoribus appellata Ciuitas antiquissima, nobilissima, opulentissima, fidelissima, cæteris Insulæ Sardinie dignior, dicitur , atque insignior, Metropolis Insulæ , caput Regni per quam cætera loca, cinitæque Sardinie nobilitantur , & decorantur , nam in ea residet Piorex , & suprema iudicaria potestas cum magno numero Baronum , & Nobilium, in eâque sunt comitia generalia, seu parlamenta pro bono totius Regni, euditus moneta aurea , & argentea, sunt scholæ publicæ, domus deputationis , & procurator Regius, in ea denique decretantur omnia, quæ ad commune bonum, & regimen optimum totius Regni spectant, de qua totiusque Insulae descriptione agunt Pompon. *Mela de situ Orbis*, cap. 5. Cornel. de *Iudais in Europa tabula*, cap. de Sardinia , Curita in indicibus rerum Aragonia , Zacharias Lilius in suo breviario Orbis , cap. de Sardinia , Marius Niger comment. 8. *sua Geographie* , Abrahamus Ortelius in suo *Orbis* , l.2. Mofensis in suo *Cosmographia* , cap. de Regno Sardinie , Petrus Galienus in annorationibus ad historiam Sulpitij Seueri , Miræus de nativitate Episcopatum Orbis , & in sua *Geographia* , & politica Ecclesiastica, verbo, *Calaris*, Plinius lib. 3. *Historie*, c.7. Mombritius in vita sancti Saturnini , Lucius Florus in epitome rerum Romanarum , Onufrius Paninius de viis Pontificum , Bergomensis in *supplemento Chroniconrum* , Ferrarius in *Typographia Martyrum Christi* , verbo, *Sardinia* , & *Calaris*, Scamertus de *situ Orbis* , cap. vñm. Ambrosius Calepinus , qui præstò tyronibus esse solet, verbo, *Sardinia* , Adrianus in *Theatro Ciuitatum Orbis* , cap. de *Sardinia* , Anania in mundi fabrica , Ioan. Ondius in sua *Cosmographia* , Leand. Albert. cap. de Sardinia , Carrill. in relationibus ad Philipp. III. Franc. Engelber. de plantis ciuitatum illorum totius Orbis , Archemian. Scadel. in *chronica mundi*, etate quinta, Diidor. Sicul. lib. 5. sua *historia* , Franc. Coriolan. in suo breviario *chronologico* , Ioan. Eutrop. in *itinerario Caroli V.* , Andra. Caius de *Sanctis Sardinie*. Non obstat quod in Breuiario Romano sub editione Pij V. in lectione S. Pontiani sub die 19. Nouembri sic legitur. Pontianus Romanus praefuit Ecclesia Alexandro Imper. qui S. Pontificem propter Christiana Fidei confessionem in Sardiniam pestilentem Insulam cum Philippo Presbytero relegavit , &c. quia sub noua editione felicis mem. Clement. V III infante D. Joanne Caio Calaritanæ Ecclesiæ Canonico meritisimo , ac patritij honoris acerimo defensore delectum fuit verbum illud , *pestilentem* , multis comprobante humiñmodi Sardinie Insulam pestilentem non esse, immo potius fertillem , & saluberrimam , & multis Sanctorum corporibus condecoratam , vt constat ex relatione eius opera , & diligentia in lucem edita invenientio Sanctorum corporum in Basilica Constantiana S. Saturnini , & Ecclesiæ Sanctorum Luciferi , Ephisi , Restituta matris S. Eusebij , & Archiepiscopatu Calaritano ad S.D. Paulum V. transmisla, quam quidem , ac historiographos ibi citatos cum attende legerim non potui non mirari huius ciuitatis antiquitatem , & nobilitatem , semper enim Græcorum , Carthaginensium , & Romanorum temporibus eorum Praefides Consules , & Praetores Calari resede- runt , vt videre eit apud Scriptores illorum temporum , præcipue tractantes bella Romanorum contra Carthaginenses , vbi licet varie fundatæ fuerint Romanorum coloniæ , pura Sulcitana , Turritana , Vselensis , & Sellurensis , de nulla tamen illarum mentio fit per scribentes bellorum illorum temporam, quem de Calaritana , quæ Ciuitum Romanorum fuit opti-

mum ac supremum præminum dari solitum à Romanis urbibus magis confederatis , vt benè notat Si- gon. de *Regno Italiae*.

Propter quæ non defuerint , qui impugnarent opinionem, quam ex scripturis mihi ostensi tenui de officio , & potestate Episcopi , part. 1. tit. 4. cap. 7. num. 10. Archiepiscopum seilicet Pisanum super Sardiniam Insulam , ac etiam Calaritanam Provinciam primitu obtinere , afferentes iuriis communis assiden- tiam , & diutinam obseruantiam pro Calaritano Archiepiscopo adesse , quancunq; pro Pisano allegata negantes : tum ex antiqua Calaritanæ Ecclesiæ ædificatione , in qua afferunt à B. Petro ordinatum fuisse S. Bonifacium Christi Domini Discipulum , tum etiam ex variis actibus , in quibus olim Calaritanos Episcopos pro tempore existentes Primatæ ius retinere vñlum est, ordinabant enim omnes Ecclesiæ Sardinie , vt constat ex Gregor. epist. 26. qui actus ad Primatem pertinet, ex Concil. Taurinaten. cap. 1. ibi, *Istius Provinciae honorem Primatus obireat*. Deinde conuocabat Episcopos ad Concilia Gregor. epist. 9. Denique abfque eorum licentia Episcopi Insulæ mare non exhibant. S. Gregor. in regis. 1 b. 2. epist. 8. vbi cum aliqui illicientati exirent , reprehendit Episcopos Innocentium , Marinianum , (qui Turritanus afferit Episcopum ) Libertinum , Agathonem , & Victorem Episcopum Phœniciæ , & ista præminen- tia etiam est de ratione Primatus Concil. Catthagen. 11 I. cap. 28. Adducunt etiam pro hac parte inuenientum fuisse ad tumulum S. Luciferi in eius Ecclesia his nostris temporibus literis sati antiquis præfa- rum Sanctum Sardinæ , & Corsicæ fuisse Primate , addunt denique ob id Calaritanos Archiepiscopos se. Primates Regnum Sardinie , & Corsicæ nominal- le, præcipue Perrum de anno 1164. 19. Maij, Anto- nium 1403. 13. Martij , & 1410. 6. Decemb. Ludouic. 1468. Petr. Pilates 1507. & plures alios , & sic Sum- mos Pontif. appellaſſe illos Primates , Victor. III. de anno 1087. 4. Septemb. Calixtum III. de anno 1456. 15. Kalend. Octobr. Alexand. VI. anno 1496. 4. Kalend. Martij , & alios modernos , videlicet Gregor. XII I. Pium V. Sixt. V. & sequentes usque ad hæc tempora.

Verum adhuc pro Pisano stare videntur per me adducta d. tract. de officio , & potestate Episcop. part. 1. tit. 3. cap. 7. num. 10. dum ibi ex scripturis mihi tunc ostensi dixi Turritanum Archiepiscopum de anno 646. obtinuisse exemptionem ab Archiepiscopo Ca- laritano , sibi datum fuisse in Primate Archiepiscopum Pisani ex indulg. Innocent. II. & III. & Eugen. III. Adriani IV. & aliorum , & postea ad Arbor. & Calaritanam extensionem fecisse Lucium III. de anno 1181. Virbanum III. de anno 1186. & Cœleſt. III. ac Honor. III. de anno 1217. & ideo agendum de priuilegio à Sede Apost. Pisaniæ Ecclesiæ concessio, non vero de illo, quod iure communi Calaritanæ Ecclesiæ competebat. Secundò constat Pisanos Archiepiscopos appellari Primates à Turritanis , vt fecisse afferit Albertum Archiepiscopum Turritanum S. Benedicti de monte Cassino Monachum , vñl cum iudice Turritano , & Archiepiscopero de anno 1116. & Alphonsum de Lorca etiam Archiepiscopum Turritanum de anno 1592. circiter , & nonnullime de anno 1606. Archiepiscopum Turritanum. Tertiò facit quod Iulius Rofius in suo tractatu de triumpho Martyrum , circa finem , afferit Archiepiscopum Pisani tanquam Sardinie Primate interfuisse de anno 517. consecrationi Ecclesiæ S. Gaiini , necnon eius canonizationi. Quartò facit auctoritas Rosedi Beneventani, quem reuli d. n. 10.

Replicant

## 636 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

Replicant Calaritani ad primum copias indultorum super concessione Primatus in Turritanum à Pisani productas non esse in forma probanti, alias verò extensiua Primatus ad Calaritanum, & Arboren, non solum pariter non esse in forma probanti, verùm etiam minimè esse indulta concessua, sed confirmationes propter verbum, datum, & confirmavus, qua verè important confirmationem præsuppositæ concessionis, non autem originariam concessiōnem, ut fuit resolutum in Rota in Albaner. Prioratus 26. Nōvemb. 59. corf. D. Orano, vnde cū constaret de prioribus indultis confirmatis, restriktis ad solum Turritanum verbum, datum, non stat demonstratiū, sed conditionaliter, restriktiū, & limitatiū, Paul. de Castro corf. 17. lib. 2. Dec. conf. 93. num. 6. vers. nec obstat, Ruit. conf. 2. mō. II. lib. 1. Alexand. conf. 8. num. 2. vol. 6. Marta de clausulis, part. 2. claus. 51. nec clausula, & de nouo concedimus, in confirmationibus Apost. inducit nouam concessionem, nisi confirmatio esset de certa scientia, Bart. in Extravaug. ad reprimendum, verba, prov. num. 2. vers. secus in confirmatione, Caffad. decif. 1. de confirm. viili, Soar. de legib. lib. 8. cap. 18. num. 45. & 12. Rot. decif. 192. part. 1. recent. & hic dari non videtur certa scientia indulti confirmati, cū illud aliter se habeat, & sit limitatum ad Turritanum, ex text. in cap. cum venerabilis, de confirm. utili, & in cap. si Apost. 22. vers. nosque postmodum, de obstand. in 6. Rot. decif. 666 num. 7. & 9. part. 1. recent. & si negant indultum Lucij III. quod pro originaria extensionis ad Calaritanum concessionem ex adverbo allegabatur, non esse concessuum per verba, concedimus, sed extensiua ex anteriori verbo, datum, quod omnium fuisse asseritur; eodem modo dicunt non esse vero sumile quod existat alind Alexand. III. fab. 3. Idus Aprilis 1167. vbi ex verba, datum, ex aduerso colligitur simplicem concessionem, & non confirmationem, quia idemmet Alexand. III. de anno 116. & sic per sex annos ante alind concesserat indultum super simplici confirmatione Primatus super Turritanum, de quo necessario in secundo prætenso, & nouiter allegato indulto mentionem fecisset, quia alias secundum non valeret, ex reg. quod secunda gratia non faciens mentionem de prima limitata est subiectio, & nulla Doct. in cap. venient, hoc tit. vbi plures allegani. Ad secundum respondent Turritanes in odium Calaritanorum Pisani Archiepiscopos Primates appellasse, vt sic saltem indicet se eximenter ab Archiepiscopis Calaritanis, prout ego ponderau in causa inter Archiepiscopos Bracharen. & Toletanum d. tit. 3. cap. 8. Ad tertium respondent Iulium Rosium aperte carpi, quia illo tempore non solum Primas, sed nec etiam Archiepiscopos erat Pisani, nec fuit vsque ad annum 1132. sub Innocent. II. qui Pisianam Ecclesiam in Metropolim erexit, ex Card. Baron. tom. 12. anno 3. dicti Innocentij. Denique respondent verba Roffedi Beneventani, quæ retuli d. num. 10. nihil aliud concludere, nisi quod Pisianus Archiepiscopus illo tempore se dicebat Primatem, & quod fuit Aduocatus pro eo coram Domino Gregorio, non tamen dicit quod in causa pro illo fuerit pronuntiatum contra Calaritanum, aliquid aliud indicatum, prout etiam eodem loco asserit se fuisse Aduocatum pro Compostellano contra Toletanum, &c. & pro Bituricensi contra Burdigalensem, non tamen dicit quod fuerit pronuntiatum contra Toletanum, aut Burdigenensem.

Ego verò cū hoc hodie sciam contronversiam de hoc Primate inter Pisianam, & Calaritanum Sacre Rotæ commissiam esse, & utroque agitatam, eius-

dem Rotæ iudicio determinandam relinquo, quam cū fel. record. Paul. V. multis annis in Rota pendere intellexisset, agnoscens ex illa odia, seditiones, & irragia inter partes ut plurimi oriri, cupiens eam debito fine terminare, maturo iudicio Reuerendiss. D. meo Marco Aurelio Maraldo eius Datario dignissimo commisit, ut partibus auditis referret ad effectum extingendi litem, qui auditis saepe in contraditorio, & seorsum partibus, Pisani instantissime petierunt causam remitti ad Rotam, ea causa quod nouas scripturas compulsare vellent, & sic causa remissa literas compulsoriales obtinuerunt 2. Septembris 1619. Postea per Pisani nullis compulsatis scripturis idem D. Paulus V. pro facilitori expeditio ne de novo causa commisit Illustrissimis DD. Cardinalibus Millino, Verallo, & Cobellutio, qui auditis partibus, earumque informationibus in scriptis receperunt, referrent postea omnia qua conducere videbant ad præfata litis extinctionem, sed eis morte, quæ illico accidit, omnia in suspenso remanserunt, & in eodem statu hodie reperiuntur, prout mihi nuntiatus fuit à quodam vita integræ fidei, & opinionis.

*[Et is etiam possidere dicatur.]* Notatur ad hoc quod qui alieno nomine possidet non præscribit, veluti commodatus, simplex colonus, & similes, qui licet habeant licetam rei detensionem, etiam cū titulo, non tamen habent possessionem, quia rem non apprehendunt opinionem domini, nec vt sua, sed magis vt aliena vntunt, l. officium 9. ad fin. ff. de rev. vendic. rei commode 8 ff. commodati, §. possidere, vers. per eo, Inst. de interdicto, refoluunt gloss. magna in l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. posse, cum aliis, de quibus per Ant. Gomez l. 4. 5. Taur. a. 7. Menoch. remed. 1. recuper. a num. 62. Balb. de prescript. 4. p. 4. n. 34. & 1. p. 6. num. 91. Petez ad l. 2. it. 1. lib. 3. Ordin. De conductore, vide l. pretia, ff. communia de usu cap. 1. & habet, §. cum, qui, ff. de precario, Surd. decif. 52. n. 8. De colono, seu inquitino, & illo, qui habet rem pignoratam, vide Steph. Gratian. discept. forens. c. 124. n. 18. cum feso. De usu fructuario, vide Menoch. conf. 1. 9. n. 1. Valaf. consult. 66. num. 18.

Amplia idipsum procedere in iuribus incorporibus, quæ quasi possidetis, cuius nomine quasi possidentur, secundum communis in l. quod meo, ff. de acquir. posse. latè Tiraq. de consueto, ampl. 34. intendit text. hic, qui de his incorporalibus agit. Amplia etiam quamvis præscriptio longissima, vel etiam immemorialis proponatur, quia nec per illam præscribetis, qui alieno nomine possidet, cū non possideat ipse, ac subinde deficiat substantia prescriptio nisi respectu illius, refoluunt Bald. Paul. & alij in l. vec. C. de usu fructu, al. in l. 2. C. de iure emphyt. n. 157. Bald. n. 37. Tiraq. vbi sup. limit. 21. n. 7. & satis colligitur ex hoc text. in quo spatium centum annorum, quod alias sufficit, & requiritur in prescriptione contra Romanam Ecclesiam, c. de quaria, sup. hoc rit. non prodest ei, qui non suo, sed alieno nomine possidebat, quicquid contrarium intendant gloss. in d. c. cum non licet, hoc sit.

Amplia, etiam colonus per longissimum tempus 8 pensiones domino non soluerit, licet enim contrailium non soluentem dominus quasi spoliatus suo irre, & quasi possessione recipiendi pensiones, agere possit utri interdicto, vnde vi, argum. cap. querelam, de elect. litibus, C. de agricol. lib. 11. refoluunt Gom. l. 4. 5. Taur. n. 172. Valaf. de iure emphyt. q. 18. num. 10. nihilominus tamen nisi colonus requisitus solvere denegaverit, non priuatur dominus possessione rei locatae, imo adhuc colono non soluente, retinet per

# De Præscriptionibus , Tit.XXVI. 637

per eundem, qui propterea præscribere non potest, glossa per text. ibi *verbo debet in l. 2. C. de prescrip. 30.* vbi Cyn. Bart. & communis, resolutum. Bald. per text. ibi in l. *Pomponius 1. & 2. leit. ff. quibus modis v. usq. Alex. in l. quamvis, § 1. n. 2. ff. de acquir. possess. Socin. 9. conf. 10. 6. n. 3. lib. 3. Tiraq. d. loco, num. 6. Limitabat tamen procedere in præscriptione respectu iuris coloniarum, quia colonus longissimo tempore solvens uniformem pensionem præscribit ius coloni perpetui, ne iam amplius à domino expelli, aut penio augeri possit, Bald. num. 7. Angel. Alex. & Bart. & alij in d. l. 2. communis, vt per Valac. vbi *supr. q. 2. o. n. 12.* vbi teſſerat ita indicatum, idem sequitur, & assererat Gam. decif. 2. 6. col. 2. in princ. & decif. 2. 4. n. 10. Limita rufus prædicta non procedere vbi colonus, vel similes alieno nomine possidentes intermertent possessionem illorum, quorum nomine possident iuxta gloss. 4. d. l. 1. *C. de prescrip. 30.* vide Iaf. n. 1. 57. in l. 2. *C. de iure emphyl. Abb. n. 12.* & ibi Parif. à n. 37. in d. cap. ciam non licet, hoc tit. Bald. 1. p. 6. n. 51. Caffan. in consuet. Burg. rubr. 11. 8. 2. *gloss. 1. o. 14.**

10 Confessionem tuam, &c. ] Valet ergo, & præiudicat Ecclesiæ confessio solius Praelati, vt notant omnes hic; sed obstat, quod licet hoc verum sit, vbi Praelatus solus est, nec habet sub se collegium, seu Conuentum, iuxta doctrinam *gloss. pen. vers. eti. vnus, in cap. portut, de loco* communiter recepta ex Parif. vbi *o. 7. & in cap. vlt. infra, hoc tit. n. 54. vers. tercia, Felin. in cap. edoceri, n. 9. vers. etiam in aliis, de rescript.* & in specie post alios resoluti Parif. d. vers. tercia. Nihilominus tamen vbi Praelatus collegium habet, vel Conuentum (vt hic habebat Archiepiscopos) confessio eiusdem solius absque consentiu, vel mandato Collègi, vel Conuenti non præiudicat Ecclesiæ, *gloss. pen. verbo nec in cap. de Constantinopolitana, 1. 2. dif. communiter recepta ex Gam. decif. 2. 6. n. 4. gloss. verbo de veritate dicenda in cap. dudum, il. 2. de elei. gloss. vlt. in fin. d. cap. vlt.* Reiecto igitur intellectu *gloss. 2. in princ.* ac etiam communi multorum, præcipue Abb. num. 4. in præfensi, Curt. de feudi. 1. p. 9. 8. n. 16. Aym. de antiqu. p. 1. cap. propostum à n. 7. 3. & aliorum asserentium confessionem solius Archiepiscopi in proposito attendi, ac prædicare Ecclesiæ, quia cum liquido constaret iudicatum Calaritanum, & totam Sardiniam ad Romanam Ecclesiæ patrimonium immediatè pertinere, vt text. habet in princ. vtique iuris præsumptio erat pro confessione Archiepiscopi, ac subinde illa tanquam iuri, & præsumptione conformis apparebat, & ita admittenda fuit absque also Capituli consensu, etiam in eiudem præiudicium. Securius videtur supponere terminos habiles, & ita quod confessio secundum iuris regulas valuit etiam in Ecclesiæ præiudicium, nam sine diecas (vt ex litera colligi videtur) quod Archiepiscopus in iudicio apud Pont. Max. agebat, vel defendebat causam suam, vel saltem communem, sive eum Ecclesia Pifana, in qua specie solus agere, & conueniri potuit, iuxta communem in d. cap. edoceri & vbi latè Felin. à num. 2. merito confessio Archiepiscopi ex necessitate iudicij procedens prædicari etiam Ecclesiæ, sicut in simili confessio procuratoris, tutoris, vel similiūm in iudicio absque alio mandato nocent domino, pupillo, & similibus, *cap. faboria, vbi gloss. 1. de re iudicata, c. 2. vbi gloss. verbo, sponte, de capell. monach. l. quoniam, 10. 5. sicut, ff. de administrat. sui. communis ex Bart. in L. cerum, § 5. sed hanc ff. de confess. Hippol. singulari 2. 90. Capcl. decif. 92.* Sarmien. post alios l. 3. selest. c. 11. n. 5. Si vero dicas confessionem hic fuisse factam per viam voluntaria iurisdictionis, & absque necessitate iudicij, quia tunc vt Ecclesiæ, vel Capitu-

T. m. 1.

lo præiudicetur, necessariò requiritur consensus, vel mandatum speciale, nec suffici generale, *dicit s. fed ar,* vbi Bart. n. 2 Abb. d. cap. vlt. n. 44. & ibi Parif. d. vers. 1. communis vt per Sarmien. vbi *suprà*, in qua specie intelligenda videtur sententia glossæ in dicto cap. de *Constantinop.* tunc supponendi sunt termini habiles, id est, quod interuererint omnia necessaria, & ita consensus Capituli, seu Ecclesiæ, argumento c. 1. iuncta glossa *verbo ab omnibus, de consensu. gloss. 1. in 1. 1. de sacro. Ecclesiæ.*

Rerum Ecclesiasticarum, &c. ] Intellige in quibus in commune, vel præsumptio est contra præscribentes, provt contigit in proposito, tum quia secundum ius commune tota Sardinia nonnisi ad Romanam Ecclesiam in totum spectabat, vt habet is text. in princ. ac subinde ipsum ius commune in proposito erat contrarium Archiepiscopo Pifano, & eius Ecclesiæ, respectu iudicatum, & iuramenti, de quibus hic vt intendit Abb. in præfensi, num. 34. vers. item potest, tum etiam & eo maxime, quia, vt probat text. in præfensi, ex confessione Archiepiscopi insugebat vehemens presumptio contra illum, scilicet quod iudicatus & fidelitatis iuramentum non ad ipsum, aut eius Ecclesiam, sed ad Romanam tantummodo pertinenter, & consequenter necessarius erat titulus, qui causam præscribendi tribueret, iuxta text. in cap. 1. hoc tit. lib. 6. prove intelligunt antiquiores hic, Abb. d. num. 34 Parif. 46. gloss. magna verific. pone exemplum, vbi omnes in d. cap. 1. *gloss. vlt. in cap. dilettio 16. q. 9.* communis ex Conar. in reg. possessor, part. 2. §. 3. n. 6. vers. prima; sic etiam in cap. dudum 3. de decimis requiritur titulus, quia secundum communem ibi, & in dictis locis ius commune erat contra Hospitalarie, præscribentes decimas, quas ius commune Ecclesiæ parochialibus concesserat cap. c. 1. cum contingat, de decimis; eodem etiam modo procedit text. in cap. c. 1. cum persone, vers. quod si, de privilegiis in 6.

Nec obstat cap. de quarta, supra hoc tit. vbi quarta decimorum & oblationum, qua iure communis Episcopos debetur, per quadraginta annos ab illo titulo præscribitur à Clericis, contra quos ius commune existit, quia ultra gloss. penult. & Doctores ibi, ac gloss. 1. in reg. possessor, & alios, respondetur cum Bellamer. num. 1. 1. text. illum intelligendum esse, suppositis terminis habilibus, scilicet interueniente quadrageñaria præscriptione legitima, in qua ultra bonam fidem titulus necessariò concurrat iuxta hunc text. & d. cap. 1. idque suadetur, quia cum illis circa tempus tota fuerit dubitatio, & quæstio, quam Pontifex decidit vtique circa reliqua de quibus non dubitatur, scilicet titulum, & bonam fidem, (quamvis text. non exprimat) termini habiles supponendi sunt, quasi dicit text. Clericos posse se tueri quadrageñaria præscriptione conuentibus aliis necessariis, id est, si nihil aliud obstat, argum. l. qui testamento, in princ. ibi, si aliud eos nihil impedit, ff. de testimoniis. Nec item aduersitatem cap. 1. sup. hoc tit. cap. placut, il. 2. 1. 6. quæst. 3. vbi aderat ius commune contrarium Episcopo alienam plebem, vel partem alienæ diocesis conuententi, & præscribenti, & tamen non proponitur titulus aliquis, refellitur namque si aduersitatem illuc auctoritate legis in fidei favorem possessionem iustificantis iustum titulum induci, argum. l. inf. possidet ff. de acquirenda possessione, & consequenter ex speciali concurso, & auctoritate legis procedere præscriptionem illam, sicuti ex eadem dominium, & ius plenum potuit statim acquiri, iuxta tit. C. de fermis, qui pro premio.

In gl. *Bona fidei, ibi, & hac bona fides semper presumitur.* Notatur ad hoc quod bona fides presumitur in

H h h dubio

# 638 Collectanea Doct. in lib II. Decretal.

S V M M A R I V M T.

dubio si contingat ex facti ignorantia, ut per Tiraq.  
de præscriptor. §. 1 gloss. 2. verbo, bona, Mench. illuf. c. 79.  
n. 15. Malcard. de probat. concl. 231. Sanch. in præcepta  
Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 23. n. 43. Rota apud Fatin. de-  
cis. 91. n. 2. p. 1. recent. & decis. 280. n. 2. Sed bona fides,  
& titulus non præsumitur in præscriptione, Rota  
decis. 610. n. 2. ead. p. 1. recent. An & quando ex po-  
sitione tristia annorum præsumatur præscriptio,  
quando conflat de antiquiori possessione, vide ean-  
dem Rot. decis. 4. n. 2. & 3. d. p. 1. Bona fides deducatur ex  
iuris errore an sufficiat ad præscriptionem, vide ean-  
dem Rot. decis. 320. p. 2. recent. n. 3. cum seqq. & n. 6. re-  
net quod error iuris dicitur quando quis credit  
actum, qui fieri debebat cum solemnitatibus, esse va-  
lendum absque solemnitatibus.

<sup>13</sup> In gloss. *Inclusus titulus*. Notatur ad hoc quod præ-  
scriptio quadraginta annorum cum titulo, immemo-  
riali præscriptioni æqualis est, ut per Molin. de pri-  
mog. lib. 2. c. 6. n. 52.

S V M M A R I V M .

- 1 *Abbas in capillis præscribendo potest iura Episcopalia, obtinet tamen in iis solis quia præscriptio.*
- 2 *Compromissi à forma non est recedendum.*
- 3 *Excommunicandi potestate præscriptio, non est præ-  
scripta potestas absoluendi, nec è contra.*
- 4 *Excommunicandi potestatem qui acquisuit consuetu-  
dine, vel præscriptione, non potest alias censuras  
ferre.*
- 5 *Conuentio quando inita est cum aliquo, si postea in-  
peiratur priuilegium, in eo de ipsa conuentione fa-  
cienda est mentio.*

## C A P. Cùm olim. X VIII.

<sup>1</sup> **A**bbas potest præscribere sibi aliqua, vel omnia  
iura Episcopalia alicuius capillæ, vel Ecclesiæ,  
non tamen obediens, licet quidam Abbas illa am-  
serit per arbitrium, quem ignorabat. Colligunt ex  
Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan.  
Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panor.  
Henric. Boich. Dec. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran.  
Alex. de Neuo. Cujac. Viu. in ration. secundi libri iuriis  
Ponif. pag. 260. Alagona in compend. iuri. Canon. pag.  
313. & tom. 4. super iure Canon. ad librum secundum  
Decret. Petr. Paul. Paris. remissiù Casal. in annot. & Xi-  
men. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Ang. collect. 4.  
Decret. lib. 1. sub tit. de priuilegiis. c. 2.

<sup>2</sup> *Iuxta tenorem arbitrij.*] Notatur ad hoc quod à for-  
ma compromissi non est recedendum, ut per Tiraq.  
in l. si unquam, verbo, libertate, n. 11. ē de revocand. donat.

<sup>3</sup> *In excommunicando.*] Ergo præscripta potestate ex-  
communicandi, non est præscripta potestas absoluendi, vel è contra, de quo vide Palat. in repetit. c. per ve-  
stras, de donat. inter virum, & vxor. notab. 4. n. 35. & 36.  
<sup>4</sup> *Vnde illum, qui consuetudine, vel præscriptione ac-  
quisit. it potestatem excommunicandi, non posse alias  
censuras ferre, notarunt Abb. hic n. 7. & Felin. in cap.  
audit. n. 11. hoc tit. Vgol. de censur. tabula 1. c. 2. §. 11.  
à n. 3. Soar. tom. 2. diff. 2. setz. 2 à n. 13.*

<sup>5</sup> *Super iam dictis articulis.*] Non verò super aliis, ut  
per Tiraq. de iure primog. q. 3. 9. à n. 1.

<sup>6</sup> *Ad huius Episcopale, &c.*] Notatur ad hoc quod quan-  
do conuentio inita est cum aliquo, si postea impe-  
tratur priuilegium in eo, de ipsa conuentione facien-  
da est mentio, ut per Xuar. alleg. 2. 8. n. 22. Menoch.  
conf. 36. n. 57.

- 1 *Præscriptione completa quia priuilegium contrarium  
imperat, & visitur illo præscriptioni renuntiat; si  
præscriptio non erat completa, malam fidem habet,  
& ideo non præscribitur.*
- 2 *Exempti subiiciuntur Episcopo in illis omnibus, qua-  
sunt Ordinis Episcopalis.*
- 3 *Priuilegium secundum ubique non facit mentionem  
de primo alteri concessio, non operatur derogationem.*
- 4 *Gratia ampla secunda non faciens mentionem de pri-  
ma limitata, est subreptitia.*

## C A P. Veniens XIX.

**Q**ui post completam præscriptionem imperat pri-  
uilegium contrarium præscriptioni, & illo vi-  
tar, dicitur renuntiassè præscriptioni & sic eam amittit;  
si inter præscribendum illud imperat, tunc cessat  
bona fides, nec potest amplius præscribere. Colligunt  
ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam.  
Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panor.  
Henric. Boich. Dec. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran.  
Alex. de Neuo. Cujac. Viu. in ration. secundi libri iuriis  
Ponif. pag. 260. Alagona in compend. iuri. Canon. pag.  
313. & tom. 4. super iure Canon. ad librum secundum  
Decret. Petr. Paul. Paris. remissiù Casal. in annot. & Xi-  
men. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Ang. collect. 4.  
Decret. lib. 1. sub tit. de priuilegiis. c. 2.

*Chrismata vero, &c.]* Notatur ad hoc quod exempti  
subiiciuntur Episcopo in eis omnibus, qua sunt Or-  
dinis Episcopalis, nempe in petitione Chrismatis,  
consecrationis Ecclesiasticæ, susceptionis Ordinum &  
similium, eaque ab Episcopo postulare tenentur, vt  
Abb. hic notab. 2. & glos. in c. Abbatis 17. q. 2. Franch.  
in c. 1. n. 7. vers. in glossa, de priuile. in 6. Balb. de præscript.  
in 1. p. quinta pars, q. 12. in fin. Erasm. à Cochier. de in-  
viri. diu. Ordinarij in exemptos, p. 2. q. 45. n. 16. & part. 1.  
q. 6. num. 17.

*Non obstante priuilegio, &c.]* Notatur ad hoc quod  
ubique secundum priuilegium non facit men-  
tionem de primo alteri concessio, non operatur deroga-  
tionem, nec per secundum priuilegium videtur pri-  
mum reuocatum, ut per Xuar. alleg. 9. n. 8. & alleg. 28.  
n. 9. 10. & 13. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præf. 40. n. 2.  
cum seqq. Sanch. de matr. lib. 8. diff. 22. n. 2. Sic etiam 4  
secunda gratia ampla non faciens mentionem de pri-  
ma limitata, est subreptitia, & nulla, vt per Butr. hic  
n. 2. & Abb. n. 14. Guttier. canon. lib. 2. c. 15. n. 2. Me-  
noch. de arbitr. casu 203. n. 32. Veral. decif. 21. 8. p. 2. Pat.  
decif. 24. 6. n. 8. lib. 1. & decif. 9. 1. lib. 3. p. 3.

Notatur etiam ad hoc quod ea, quae sunt in termino  
ad quem fit relatio, intelliguntur specificata in termi-  
no referente, ut per Tiraq. de iure marit. gloss. 7. n. 182.

*Sed erat in præscribendo, &c.]* Ergo si rem alienam  
possidens semper habuerit bonam fidem, præterquam  
in ultima die præscriptionis, nullo modo præcibit  
propter malam fidem momentanei temporis, ut per  
Tiraq. de iudic. in rebus exiguis, pag. 90. vers. 48.

S V M M A R I V M .

- 1 *Præscriptio cum mala fide nec in foro Canonico, nec in  
Cinili valet.*
- 2 *Fides quibus modis accipiatur, ostenditur.*
- 3 *Bona fides necessaria est in præscriptione.*
- 4 *Possessor mala fidei nullo tempore præscribit.*
- 5 *Præscriptio cum mala fide in foro Ecclesiastico, &  
temporali prohibita est.*

6 Præscri

# De Præscriptionibus, Tit. XXVI. 639

- 6 *Præscriptio immemorialis cum mala fide prohibetur.*
- 7 *Mala fides impedit præscriptionem in actionibus temporalibus.*
- 8 *Statutum disponens ut debitum certo aliquo tempore prescribatur, non valet sicut mala fide.*
- 9 *Bona fides requiriatur in pacto retrovendendi cum clausula, quodcumque, &c.*
- 10 *Heres non potest præscriptionem continuare, quando defunctus fuit in mala fide.*
- 11 *Contrabens cum minore decreto non interposito censetur in mala fide, & nunquam potest prescribere.*
- 12 *Heres scienter proficit legatum contra legatarium, qui per 30. annos illud non petit.*
- 13 *Bona fides in dubio est presumenda.*
- 14 *Posseſſor bona fidei adhuc dicitur ille, qui dubitat an res sit sua, & habet iustam causam dubitationis.*

## C A P. Quoniam. XX. & vlt.

**P**raescriptio cum mala fide nec iure Canonico, nec Civili valet, quia derogandum est omni consuetudini, vel constitutioni, quæ sine peccato seruari non potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Inol. Anan. Host. Anch. Henric. Boich. Butr. Bald. Dec. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neu. Matth. Coler. Cujac. Viu. in ratione secundi libri iuris Pontif. pag. 26. Alagona in compend. iuris Canou. pag. 314. Et tom. 4. repet. super iure Canou. ad secundum librum Decret. Petri. Paul. Paris. remissiuè Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. Et 2. desumuntur ex Concil. generali Lateran. sub Innoc. III. I. c. 41. & refertur ab Anton. August. collect. 4. Decret. lib. 2. tit. 10. cap. 3.

**Omne quod non est ex fide peccatum est.** ] Vide quo circa hanc auctoritatem dixi supra ad rubr. de summa Trinit. n. 2. Licet fides multiplices dicatur, ut per gloss. & DD. in rubr. de summa Trinit. in proposito, sicut apud Paulum ad Roman. 14. in fin. ex quo verba haec desumuntur, fides accipitur pro conscientia, ut illic explicant gloss. & sacri Doctores, intendit aperè Pontifex hic, ut patet ex ver. sequentibus. Et in capit. literas col. 2. de restit. ipsi cap. quærat 6. vers. et si fides, de fœnit. dist. 3. cap. anno. §. illud 28 q. 1. post alios Nau. in cap. si quis autem. n. 13. de penit. dist. 7. Couar. lib. 1. var. cap. 1. in princ. licet alter locum illum accipiter videatur D. Ambro. in cap. non sanat. I. q. 1. ut tradit S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 4. Dicitur autem conscientia fides, vel quia est credulitas quedam circa proprios actus, vel quia sicut fides includit iudicium, quo aliquid indicantes credimus, ita conscientia, quæ est applicatio scientiae ad ea, quæ agimus ex S. Thom. I. 2. q. 9. art. 4. Et 5. Et quodlib. 3. art. 16. importat iudicium, quo de nostris actibus bonis, vel malis practicè indicamus, secundum Couar. ubi supr. Calstr. de lego penal. lib. 2. cap. 11. pag. parua 251. Iuxta hunc ergo sensum ex auctoritate Pauli probat hic text. omnem id, quod non est ex conscientia vel secundum conscientiam, & ita contra illam esse peccatum, non tantum vbi conscientia recta est, veraque, sed etiam falsa sit, & erronea, vel denique dubia, ut declarat Pont. in d. cap. literas. Et in cap. per iurias 36. de simon. S. Thom. d. art. 5. Et 6. Et d. quodlib. 3. art. 27. vbi argumentis contraria partis respondeat, Et quodlib. 8. art. 14. Sylvest. verbis, conscientia, n. 1. Nau. in man. 6. 27. n. 28. 6.

**Vi nulla valeat absque bona fide præscriptione.** ] Notatur ad hoc quid bona fides necessaria est in præscriptione, ut per Balb. de præscripti. 1. p. 5. q. 3. a. n. 2. 1. Et q. 6. à prius Couar. in reg. posseſſor. p. 2. §. 7. Mench. illa-

strium, c. 7. 0. Escobar. de ratiociniis, c. 4. n. 26. Seraphin. decisi. 6. 29. n. 2. Surd. conf. 2. 9. 6. n. 29. Cardos. in præscripti. in dicum. verbo, præscriptio. n. 5. Molin. de usit. i. r. 2. dist. 6. 3. Et seqq. Buratt. de s. 50. n. 6. Cened. ad Decr. collect. 50. & ideo posseſſor male fidei nullo tempore prescribit, 4 Balb. p. 3. q. 13. d. n. 2. Bern. reg. 5. 7. 8. Cou. lib. 1. var. c. 9. n. 5. Natt. conf. 1. 7. 2. n. 3. 5. Gabr. coym. l. 5. tit. de præscript. concl. 1. à n. 5. 5. & concl. 3. Molin. de primog. lib. 2. c. 6. n. 6. 7. Hondoned. conf. 7. n. 8. 4. lib. 1. Mexia tr. tassa panis, conf. 1. à n. 11. 4. cum seqq. Bonacol. commun. crimin. p. 2. verbo, præscriptio, fol. 6. 2. Seraph. dec. 6. 1. 4. n. 1. Mascard. de probat. concl. 9. 9. n. 1. Et concl. 1. 1. 3. n. 2. 0. Quamvis circa rationem varient scribentes tam bic, quam in reg. posseſſor, lib. 6. vbi Ioan. Andr. in mercuriaib. q. 3. Dyn. Monach. & alij Mench. illus. c. 2. 2. n. 8. tamen ex mente communi & Sotii lib. 4. de iustit. q. 5. art. 8. & aliorum præfertur ex hoc ead. text. Et c. vigilanti, supr. hoc tit. dici potest rationem in hoc esse, quia nullus delinquens per suum peccatum, & eius continuationem ex legis auctoritate acquirit præmium, vel commodum aliquod, ut colligitur tum ex reg. cap. intellectu, de iud. cap. ex tenore, de r. script. cum aliis, tum etiam, quia absurdum & omnino iniustum est præmia, quæ virtutis tantum propria sunt, & secundum omnem iustitiam consitunt debent, ut boni, vel meliores efficiantur i. r. ff. de iustitia, ex legis auctoritate deseruntur iniquis, qui supplicia promerentur, & ita quod les sit nutritua peccatorum, quibus fauet, & ad quæ inuitat subditos, quibus pro suppliciis præmia, pro incommodis, quæ promerebantur, contra iustitiam commoda defert, contra reg. cap. erit autem lex 4. dist. c. que contra mores 8 dist. cap. ex parte, de consuet. Constat autem quod si male fidei posseſſor villo tempore prescribat, iam delinquens ipse per suam malitiam, nequitiam, & peccatum, etiam continuatum, contra omnem iustitiam retinens alienam rem, præmium, & commodum acquirit, scilicet dominium eiusdem rei, vel ins alienum, quod prescribit, 2. ff. de v. l. cap. igitur, &c.

Amplia prædicta non solum in foro Ecclesiastico, sed etiam in foro temporali, ut per Balb. de posseſſor. p. 3. principali. q. 1. 3. quem refert Menoch. conf. 1. 4. 3. n. 1. 1. In iusta igitur sunt, & ut tales merita abrogantur leges Ciuiiles præscriptionem cum mala fide admittentes, ita quod etiam in foro ciuilis vim non habeant, idque aperè probat is text. ibi, nulla valeat, & ibi, tuis Canonica, quam Ciuitatis, text. in cap. vigilanti, Et in c. pen. hoc tit. refolunt gl. 3. & alij hic, ou. in reg. posseſſor. p. 2. §. 11. n. 3. pulchrè Foruan. de ultimo fin. illat. 2. à princ. Tiraq. de præscript. gl. 2. à princ. Padil. in l. 2. u. 7. 8. C. de seruitutibus, Perez ad rubr. tit. 4. lib. 3. Ord. Auend. de exequendis mand. l. 2. c. 11. col. 2. Mar. Cutel. de donat. p. 1. discept. 1. p. 6. n. 1. 5. Quamvis contraria sententiam, imd quod huiusmodi leges in suo foro possint & debeant obsernari, licet in Canonico non recipiantur, teneantur Ioan. Andr. in reg. posseſſor. q. 3. vbi Anch. col. 1. Et 2. Adrian. quodlib. 6. art. 3. vers. quoad rationes, Et in 4. tit. de restit. §. hoc super. in fin. Pract. Ferrat. in forma responsioni rei conuenienti, §. præscriptionis, n. 28.

Secundum amplia in præcipione immemoriali, & hæc etiam cum mala fide prohibetur, Cou. in d. reg. posseſſor. p. 2. §. 8. n. 4. Pinel. in auth. nisi. à n. 1. 4. Cade bonis muneris, Mench. illus. struim. c. 8. 1. n. 1. 0. Menoch. de arbitrio. casu 2. 2. 5. à prime. Valafc. confut. 8. n. 2. 4. Benedict. Et gild. in comm. ad lex hoc iure, p. 1. o. 3. n. 2. 4. ff. de iustitia, Et ire Gabr. commun. sub hoc tit. concl. 1. n. 5. 5. vers. contrarium, Valafc. de iur. emphat. q. 8. n. 2. 5. Molin. de primog. l. 2. c. 6. n. 6. 7. & suadetur, quia ratio, quam sup. addidimus, ob quæ præscriptio cum mala fide prohibetur, multo magis in præscriptione immemoriali viget, in qua peccatum mala fidei posseſſoris eo grauius est,

H h 2. quo

Tom. 1.

# 646 Collectanea Doct. in lib. II. Decretal.

quo ille dintius alienum retinens commoratur, &c. vlt. in princ. de confusud. quamvis contradicant Salicet. in l.2. n.8.C. de seruitur. & alijs relati à Cou. Molin. & Mench. vbi suprà.

7 Tertio amplia in actionibus personalibus, in quibus etiam mala fides impedit prescriptionem, ut per Bellacomb. tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 2. num. 13. pag. 2. 2. Couar. in l. reg. possessor. part. 2. §. 1. num. 3. vers. verum aduersas. Tiraq. de retrah. conuent. tit. 2. §. 1. gloss. 2. n. 20. & 2. 1. Menoch. de success. creat. p. 1. 2. 10. num. 26. & illustris. cap. 76. Perez. l. 1. tit. 2. lib. 1. Ordin. pag. 17. Surd. decif. 1. 58. Gabr. Pereira decif. 36. num. 2. Marta de iurisdictione. part. 4. caſu 48. num. 35. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 5. num. 2. ex antiquioribus Duen. reg. 6. Padil. in l.2. num. 42. C. de seruitur. Gabr. commun. sub hoc tit. concil. 4. & 4. addit. ad Bernard. reg. 578. Pro quibus faciunt generalia verba huius text. ibi, nulla valeat, &c. quæ omnem præscriptionem excludunt. Denique verba ultima text. ibi, conscientiam rei aliena, quæ satis verificari videntur in debitor, qui datus scit se debere, & tenet in iuncto creditore, habet conscientiam rei, id est, iuris alieni, l. rei appellatione 23. ff. de verb. significatio. Accedit & ratio in qua text. iste absolute fundatur, scilicet peccatum, quod commitit is, qui mala fide præscriben per suū seclus ex legis anctioritate præmium consequitur, qua ratio aperit viget in quovis debitore mala fide, & cum peccato debitum retinetur. Quamvis contraria sententiam, imo quod text. hic, & similes locum non habeant in præscriptione actionum personalium, quæ etiam cum mala fide procedere possunt, teneant Host. in sum. tit. de prescript. verum immob. §. querens. num. 4. Bart. in l. sequitur. §. si vera, ff. de vsucap. & in l. nemo potest, n. 2 ff. de lega. 1. & multis aliis in locis, de quibus per Ferret. in l.3. num. 86. ff. de vsucap. & plures relati per suprà citatos.

8 Quartu amplia in statuto, seu constitutione disponente, ut debito certo aliquo tempore præscribatur, quod non valer stante mala fide, & ut per Cou. de stat. verbo, præscript. gloss. 3. num. 34. Hieron. Gabr. consil. 8. lib. 2. Stephan. Gratian. d. cap. 52. à num. 9. Exemplum potest ponit in Bulla Pij V. 33. in Bullario, quam refert Stephan. Gratian. Marchia decif. 53. relatus ab Aloys. Ricc. collect. 285. in med. que attesta hic Romæ famuli salarium præscribitur biennio; & trienio apud nostros Lusitanos per Ordin. Regiam lib. 4. tit. 32. de qua, & simili in Regno Castellæ agunt Cou. in reg. possessor. p. 2. §. 11. num. 2. Padil. in l. 1. C de seruitur. à num. 43. Auendan. de exequendis mand. lib. 2. cap. 30. à num. 1. Mench. success. creat. § 10. num. 33. & illustr. cap. 8. num. 59. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 67. Gonzal. ad reg. 18. Cancel. gloss. 56. num. 83. Matien. 1. 8. gloss. 9. num. 4. tit. 11. lib. 5. nota recop. Gutier. in l. nemo potest, à num. 200 ff. de legatis 1. Gam. decif. 2. 3. Flores de Mena var. lib. 1. quæst. 8. § 2. num. 41. Cald. Pereira in l. si curatorem. verb. sua facilitate, n. 77. Valasc. consil. 12. 5. Rebell. de obligat. iustit. p. 1. lib. 14. quæst. 13. n. 10. cum sequentibus, cipud quos receptum est legem illam Lusitanam, & similes non procedere vbi dominus est in mala fide, sed bonam omnino esse necessariam, veluti si dominus non per se, sed per oeconomicum, aut procuratorem cum famulo contraxit, & per eundem salarium solvere solebat, vel agitur de herede, aut successore, qui iustum habet ignorantiae causam.

9 Quinto amplia in pacto retrovendendi cum clavis, quandoque semper, &c. quia in eo bona fides requiritur, & non erit tutus emptor etiam spat. 30. annorum, quasi sciat rem subiectam restitu-

tioni ad litionem pretij per venditorem oblati, vel offerendi, vt per Cald. Pereira in l. si curatorem, verba sua facilitate, num. 72. vers. negue video, Matth. Coler. in hoc cap. vlt. num. 4. in fin. Bernard. Gœœu, ad præst. Camere Imper. lib. 2. concil. 1. 8. in coronido, num. 2. Licet contrarium tucantur Menoch. conf. 143. à num. 39. Surd. decif. 2. 5. num. 4. & 2. 5. & de alment. tit. 9. 9. 6. num. 20. Mench. illustris cap. 55. num. 25. Stephan. Gratian. Marchia decif. 4. num. 15. & discept. forens. cap. 2. à num. 28. Dec. in l. petens. num. 7. C. de pa. Elii. Couar. lib. 1. var. cap. 9. a. num. 1. Gabr. commun. sub hoc tit. concil. 6. Baptista de usc. comment. 1. à n. 98. quorum sententia non est improbabilis, & bona nititur ratione, videlicet quia quanvis emptor sciat ius illud competere venditori, nihilominus tamē dum premium non offertur, iuste & sine peccato retinet, ac subinde non habet conscientiam, licet habeat scientiam rei, id est, iuris alieni.

Sexto amplia in herede, qui non potest præscrip- 10 tionem continuare, quando defunctus fuit in ma- la fide, per l. cum heres. ff. de diuerſis, & tempor præscript. Molin. de primog. lib. 2. cap. 6. num. 70. cum seqg. & mala fides actoris nocet eius heredi, qui non potest præscribere non folium vtendo accessione temporis eiusdem sui actoris, sed nec ex eius persona illam à se ipso inchoando, latè Balb. de præscript. 2. p. 3. princ. quæst. 12. num. 12. Hondoned. conf. 17. num. 85. & conf. 82. num. 46. & seq. lib. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 203. n. 15. Rot. in Romana canonum 25. Aprilis 1622. coram bonæ mem. Vbaldo, & in Romana Palatij 28. Aprilis 1623. coram bonæ mem. Patriarcha Manza- nedo, & in eadem causa 31. Ianuarij 1624. coram bonæ mem. Remboldo, quod procedit, nedum in ha- rede immediato, sed etiam in herede heredis, Hondoned. d. conf. 17. num. 81. & d. conf. 82. num. 4. Rota in d. Romana canonum. coram Vbaldo, quod procedit etiam in præscriptione longissimi temporis, quia non po- test à se ipso incipere præscriptio, vt tenent Anton. de Butr. & Panorm. in cap. si diligenter, num. 30. vers. sed circa prædicta, suprā hoc sit. Alex. in l. Pomponius. §. cum quis, num. 2. 1. & Iaf. col. pen. ff. de acquir. possess. vbi magis communem dicit eandem opinionem tenet in multis consiliis Alex. vt refert Balb. de præscript. 2. p. 3. princ. q. 12. n. 12. vbi tener hoc procedere etiam stante heredis iusta ignorantiae causa, & præsumpta bona fide, quod hæc opinio debet seruari in vtroque foro, & ab ea non sit recedendum in consulendo, & iudi- cando, dicit Cou. in reg. possessor. 2. p. 8. 9. n. 1. Et hoc de plano procedit quando heres sciuat malam fidem defuncti, quia tunc cum habeat malam fidem formalem, nullo tempore purgatur, vt per addit. ad Bart. in l. fin. n. 7. C. unde vi. Aret. conf. 1. 53. Macard. de probat. emul. 22. §. 10. Valalc. in simili conf. 93. n. 8. & vlt. in fin. Sed his non obstantibus heres illius, qui habuit malam fidem, ( quando sumus in possessione 30. vel 40. annorum) poterit præscribere, si à se ipso incipiat, & non vtatur accessione actoris, secus in præscriptione 10. vel 20. annorum, nam tunc possi- for debet vti accessione prædecessoris, cum ex per- sona propria non possit præscribere, ita Mench. con- tra uer. lib. 2. cap. 73. optimè Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 52. n. 2. 5. Aduertas tamen, quod populum nunquam præscribit, quia semper censetur esse idem, vt per Surd. conf. 45. n. 4. 3.

Septimo amplia in præscribente contra fiscum, qui licet post 20. annos non possit exigere poenas con- demnatorum in re, vel pecunia iudicata ratiō requiri- tur bona fides in præscribente illas, inspecco hoc iure Canonico, vt per Boer. decif. 2. 6. 4. n. 2. 3. Bald. in l. data opera 11. col. amepen. in ultim. not. num. 58. vers. sed

# De Præscriptionibus, Tit. XXVI. 641

sed quid de bannito in pecunia, C. de iis, qui accusare non possunt, Salicet. in l. 1. n. 2. C. de quadriens. præscript. Quamvis secundum Peregrin. de priuilegiis fisci, lib. 6. tit. vlt. n. 35. verior sit opinio, quod indistincte permutatur ius fisci spatio dicti temporis, etiam si adflet mala fides, sequitur Stephan. Gratian. d.c. 52. n. 2. Unde secundum hanc ultimam opinionem recte inferatur pœnam legalem etiam ipso iure incursum prescribi posse ab heretico, vel quoenamque alio, cuius bona ipso iure ad fisum pertinent, iuxta reg. cap. cum secundum, de heret. lib. 6. licet enim huicmodi delinquens habeat scientiam rei alienæ, id est, dominij ad fisum pertinentis, d. cap. cum secundum, non tamen habet conscientiam rei alienæ, & ita neque peccatum iniusta retentionis, quinimo tuta conscientia retinet huicmodi bona, quae licet exactius teneatur erogare, & pati executionem, ante illam tam non reddere non tenetur in conscientia, gloss. 3. recepta in cap. fraternal. 12. q. 2. S. Thom. vbi Caiet. 2. 2. q. 6. 2. art. 3. communis ut per Couar. de sponsal. p. 2. c. 6. §. 8. n. 10. Nauar. in man. c. 1. n. 66. & relat. Gabr. commun. sub tit. de criminalib. concl. 3. 4. Simanch. de Catholicis. c. 9. à n. 29.

12 Ostatu amplia in contrahente cum minore decreto non interposito, censetur enim in mala fide, & nunquam potest prescribere, Menoch. remed. 1. 5. recup. n. 87.

13 Limita in hære de scienter prescribente legatum contra legatarium, qui per annos 30. illud non petitur, eo enim tempore vel repudiare, vel donatum hæredi velle videtur, vt resoluunt Mench. illustr. c. 55. n. 26. Stephan. Gratian. discept. foren. c. 2. n. 9. Cald. Pereira d. verbo, sua facilitate, n. 75. Hypoll. in princ. Instu. per quas personas, à n. 26. Couar. var. lib. 1. c. 9. n. 5. Costa in repet. §. cum in bello, verbo bona à n. 7.

14 In gloss. Bona fide. Notatur ad hoc quod bona fides in dubio est præsumenda, ut per Couar. in d. reg. possessor. p. 2. §. 8. n. 2. Mench. d. c. 70. Coccin. deci. 29. 1. n. 3. Macard. de probab. concl. 2. 2. 4. cum seqg. & concl. 2. 3. & concl. 1. 100. 3. à n. 19. Intellige primum bonam fidem præsumi etiam illam non allegat is, qui præscriptionem proponit, secundum plures relatios per Mench. illustr. c. 70. n. 15. de quo tamen vide Deci. cons. 2. 67. n. 5. Tiraq. de præscript. gloss. 2. vers. sed questionis. Intellige secundum præsumptionem hanc esse iuris tantum, itavt mala fides ex aduerso legitimis modis, vel etiam indicis probari possit, iuxta gloss. verb. bona, in cap. si diligenter, sup. loc. tit. Gam. Lufit. deci. 2. 90. n. 2. latè Menoch. ds arbitr. casu 225. à princ. qui varios refert modos per quos mala fides probari potest, ultra quos notabilis est ille, qui colligitur ex Bald. per text. ibi in l. 20. est ferendus, ff. de translat. Bald. 4. p. 4. 9. 29. n. 8. Grammat. deci. 103. à n. 31. Intellige tandem sententiam huius glossæ procedere in dubio, vbi contra possidentem nulla appetet mala fidei præsumptio, focus si appareat, vt in specie l. vlt. C. unde vi, & in reg. qui contra iura, de reg. iuris lib. 6. tradit gloss. d. verbo bona, tunc evenient ad eam præsumptione purgandam necessaria est ex aduerso probatio bone fidei, vel præsumptio contraria fortior, quam inducit spatium longissimi temporis, quo & mala fides præsumpta purgarur, & bona præsumitur, quandiu aliter contrarium non ostenditur, ex Bart. n. 17. per text. ibi in d. l. vlt. equitur communis ex Couar. in reg. possessor. p. 2. §. 8. n. 3. Mench. illustr. c. 81. à num. 2. Menoch. remed. 1. 3. recup. n. 70. Molin. de primog. lib. 2. c. 7. n. 6. 8. contra nonnullos relatios à Couar. quorum fundamentis ipse respondere nititur.

15 In gloss. Nulla, finali, iure quod si dubitas an res sit sua, & habes iustam causam dubitationis, adiutor dicuntur

Tom. I.

bona fidei possessor. Vide Bald. de præscript. 2. p. 2. principi-  
palis, q. 2. & 3. p. 6 principi. num. 17. Menoch. de arbitr.  
casu 125. n. 17. Mench. illustr. cap. 77. Huius gloss. opinione sequuntur DD communiter, vt per Abb.  
num. 40. Paris. a num. 48. post alias in prælenti, Is. in l.  
3. §. genera, num. 17. ff. de acquir. possess. Bald. 2. p. 3. 4. 2.  
Nauar. in cap. si quis autem, num. 89. de pœnit. dist. 7.  
Sarmien. select. cap. 10. à num. 5. Menoch. & Mench.  
citat. locis. Contraria sententiam, inquit quod huicmodi dubius non bona, sed mala fidei possessor  
fit, tuentur Butr. n. 1. Imol. 36. bis. Paris. num. 1. in  
cap. illud. sup. hoc tit. Cuman. num. 4. in l. naturaliter, ff.  
de usucap. & post Adrian. Sot. & Ledelin. intendit  
Ioseph Angles in floribus Theolog. in quaest. de præscript.  
art. 2. diffic. 2. vers. quis ita. Sed has contrarias opinio-  
nes fecerit distinctionis componendas esse iudicio, vt  
scilicet opinio huius gloss. & sequacium in dubio iu-  
sto & speculatio recte procedat, si consideres bo-  
nam fidem prout iure Canonicō intelligitur; altera  
verò Butr. & sequacium procedat in dubio iniusto, &  
culpabili, vel etiam in dubio practico. In dubio  
etiam possidens bona fide non est obligatus ad re-  
stitutionem, vt refolunt Sayt. in clavi Regia, lib. 10.  
tract. 2. cap. 3. num. 29. Barthol. à S. Fausto in Specula  
confess. disp. 4. quest. 260. si vero dubitet inæqualiter,  
& magis inclinet in eam p. rem ut res sit aliena, te-  
netur iuxta inclinationem & propensionem restitu-  
re, secundum Salon. in 2. 2. q. 62. art. 6. controu. 4.  
concl. 4. Bafies 2. 2. ante q. 62. in praemb. ad illam d.  
vlt. concl. 1. Petri. Ledelin. de martr. q. 45. art. 1. ad 3.  
Sanch. eod. tract. lib. 2. disp. 41. num. 10. Verum con-  
traria opinio mihi probabilior videtur, quia licet  
pro altero, qui non possidet rem, fortiores videan-  
tur rationes, & conjectura circa res proprietatis, ta-  
men si non sunt vsque adeo efficaces, ut generare  
possent assensum illius partis, sed rem aliquid dubiam  
relinquant, non debet censeri maius, & potius ins-  
proprietas unius quam alterius, cum adhuc in du-  
bio res maneat, dubia enim res æquæ videtur utram-  
que partem respicere: quare hanc partem: tenent  
Vafsq. in p. 2. tom. 1. disp. 66. art. 7. num. 42. Salas in p. 2.  
q. 21. tract. 8. disp. unica, sect. 23. n. 23. Bonac. de re-  
sist. disp. 1. q. 2. puncto 2. n. 6. Sanch. qui se retractavit  
in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 1. cap. 10. n. 9. & lib. 2.  
cap. 23. n. 179. An mala fides probeatur per conjectu-  
ras, vide Menoch. d. casu 225. & de præsumpt. lib. 3.  
pref. 130.

## De Sententia, & re indicata.

### TIT. XXVII.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Doflores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Sententia multis modis sumatur.
- 3 Sententia stricte sumpta importat effensionem iudicis  
ad quem tendit, & ordinantur lites ac processus  
iudiciorum.
- 4 Sententia alia dicitur diffinitiva, alia interlocutoria.
- 5 Sententia diffinitiva illa dicitur, qua terminat causam  
principalem.
- 6 Sententia interlocutoria appellatur illa, q. a terminat  
aliquem articulum causa principalis.
- 7 Sententia propriæ sumpta definitur ut sit pronuncia-  
tio iudicis litigantium controversias determinan-  
tans.

H h h 3 8 R 4